

АСТА HORTI PETROPOLITANI.

TOMUS XVII.

FASCICULUS I.

NB. Tomi XV finis et tomus XVI imprimuntur.

ТРУДЫ ИМПЕРАТОРСКАГО С.-ПЕТЕРБУРГСКАГО БОТАНИЧЕСКАГО САДА.

ТОМЪ XVII.

ВЫПУСКЪ I.

NB. Окончаніе XV и XVI-томовъ печатается.

СОДЕРЖАНІЕ:

- J. Palibin, *Conspectus Florae Koreae*. (Pars prima: Ranunculaceae -- Campanulaceae). Cum tabulis quattuor.
- J. Klinge, *Diagnoses Orchidearum novarum in calidariis Horti Imperialis Botanici cultarum*. Cum 3 tabulis.
- *Dactylorchidis, Orchidis subgeneris, monographiae prodromus: I. Specierum subspecierumque synopsis et diagnoses.*
- *Zwei neue bigenere Orchideen-Hybride. Mit 2 Tafeln.*

С.-ПЕТЕРБУРГЪ.

Типо-Литографія „Герольда“ (Вознесенскій пр. 3).

1899.



АСТА HORTI PETROPOLITANI.

—
TOMUS XVII.
FASCICULUS I.

ТРУДЫ ИМПЕРАТОРСКАГО С.-ПЕТЕРБУРГСКАГО БОТАНИЧЕСКАГО САДА.

—
ТОМЪ XVII.
В Ы П У С К Ъ I.

СО Д Е Р Ж А Н И Е:

- 1) Palibin J., Conspectus florae Koreae. (Pars prima: Ranunculaceae — Campanulaceae). Cum tabulis quattuor. 1—128.
- 2) Klinge J., Diagnoses Orchidearum novarum in calidariis Horti Imperialis Botanici culturarum. Cum 3 tabulis 131—144.
- 3) — Dactylorchidis, Orchidis subgeneris, monographiae prodromus. I. Specierum subspecierumque synopsis et diagnoses. 145—202.
- 4) — Zwei neue bigenere Orchideen-Hybride. Mit 2 Tafeln. . . 203—221.

—••••—
С.-ПЕТЕРБУРГЪ.

Типо-Литографія „Герольда“ (Вознесенскій пр. 3).

1899.

CONSPECTUS FLORAE KOREAE.

AUCTORE
J. PALIBIN.

PARS PRIMA
(*Ranunculaceae* — *Campanulaceae*).

Cum tabulis quattuor.

PETROPOLI

1898.

Напечатано по распоряженію Императорскаго СІВ. Ботаническаго Сада.

~~#2188~~

п 5718
Библиотека Кн. кого
Филиала А.Н. СР

Напечатано по распоряженію СПб. Императорскаго Ботаническаго Сада.

Предисловіе.

Предлагаемый трудъ представляетъ списокъ всѣхъ нынѣ извѣстныхъ цвѣтковыхъ и высшихъ споровыхъ растеній Кореи, изданіе котораго кажется мнѣ не лишнимъ въ виду малоизвѣстности флоры этой страны.

Корея представляетъ гористый неравносторонній полуостровъ, граничащій на сѣверѣ съ Маньчжуріей высокимъ горнымъ хребтомъ Чань-бошань и рѣками Ялу и Тумень, лежащій между $124^{\circ} 35'$ и $130^{\circ} 50'$ гр. восточн. долг. отъ Гринвича, и $34^{\circ} 17'$ и $42^{\circ} 25'$ сѣв. широты.

Проходящій по всей длинѣ полуострова съ сѣвера на югъ вдоль восточнаго берега, нѣсколько изогнутый, главный хребетъ (отдѣляющійся отъ Чань-бо-шаньскаго), покрытый хвойными и лиственными лѣсами, по направленію къ берегу Японскаго моря образуетъ

Praefatio.

Opus quod propositurus sum indicem specierum plantarum omnium Phanerogamarum et Cryptogamarum Vascularium e Korea adhuc notarum componit, quod nunc typis tradere non inutile mihi videtur, nam plantae Koreae adhuc parum notae sunt.

Korea peninsula est inaequilatera montana versus boream montibus altis Schang-peï-shan fluvisque Jalu et Tumen Mandshuriae finitima inter gradus longitudinis orientalis $124^{\circ} 35'$ et $130^{\circ} 50'$ a Greenwich et gradus latitudinis septentrionalis $34^{\circ} 17'$ et $42^{\circ} 25'$ sita.

Secus litus orientale ejus jugum principale paulo curvatum a jugo Schang-peï-shan abiens et per totam longitudinem peninsulae a borea ad meridiem percurrrens, sylvis coniferis frondosisque tectum, versus mare Japonicum latus plus minus arduum praebet quod ab

болѣе или менѣе крутой склоноу, который съ западной стороны постепенно переходитъ въ гористую мѣстность, воды съ которой главнымъ образомъ текутъ къ Желтому морю.

Въ проливѣ между Кореей и Японіей, вдоль южнаго берега полуострова, лежитъ безчисленное множество острововъ, которые извѣстны подъ названіемъ Корейскаго архипелага и составляютъ часть Кореи.

Представимъ читателямъ въ краткихъ словахъ исторію изученія Кореи въ ботаническомъ отношеніи.

Морскою офицеръ баронъ Александръ Шлиппенбахъ, лѣтомъ 1854 года, во время плаванія фрегата „Паллада“ вдоль восточнаго берега полуострова, впервые собралъ въ Корей образцы мѣстной флоры.

Посланный отъ королевскаго сада въ Кью путешественникъ Карлъ Вильфордъ въ 1858 году изслѣдовалъ Корейскій архипелагъ (преимущественно острова, между которыми лежитъ портъ Гамильтонъ), посѣтилъ портъ Фузанъ на корейскомъ побережьи, а затѣмъ почти въ продолженіи года, плавая на кораблѣ „Актеонъ“, изучалъ флору различныхъ мѣстностей Восточной

occidente sensim in regionem montanam transit cujus aquae praecipue in mare Flavum conflunt.

Secus litus meridionale peninsulae in freto inter Koream et Japoniam insulae innumerae sitae sunt quae sub nomine Archipelagi Koreani notae sunt et in fines Koreae includuntur.

Paucis verbis primo lectoribus historiam florum Koreae exploratae dicam.

Liber Baron Alexander Schlippenbach nautarum praefectus Rossicus in itinere ad litus orientale Koreae aetate anni 1854 in nave „Pallada“ peracto primus exempla nonnulla florum Koreanarum decerpit.

Viator Charles Wilford ab Horto regio Kewensi missus anno 1858 Archipelagi Koreani insulas exploravit (praesertim eas inter quas portus Hamilton situs est), litora Koreae ad portum Fusan adiit dein fere per totum annum etiam regiones varias Asiae orientalis in nave „Acteon“ navigans perlustrans florum exploravit et ex itinere reversus collectiones evectas ad cognoscendam florum hujus re-

Азии, откуда вывезъ ботаническія коллекціи, которыя по возвращеніи передалъ для обработки Ботаническому саду въ Кью.

Оттуда же нѣсколько позднѣе былъ посланъ Ричардъ Ольдгамъ для изслѣдованія Китая и Японіи; въ 1863 году онъ предпринялъ путешествіе для изслѣдованія корейскаго архипелага и посѣтилъ слѣдующіе его острова: Long Reach, Green Island, Hershel Island, Port Hamilton, Bate Island, Peel Island, Tracey Island, Sondsik, Hooper Island и Kuper Harbour. Затѣмъ въ слѣдующемъ году онъ изслѣдовалъ флору Формозы и Китая, гдѣ въ концѣ года умеръ въ городѣ Амои.

Ботаническія коллекціи, собранныя этими двумя путешественниками, являются до сихъ поръ единственными матеріалами для флоры корейскаго архипелага.

Морскою офицеръ Викегамаъ Перри, секретарь англійскаго адмирала Вильса (эскадра котораго съ 1881 по 1884 годъ плавала у береговъ Китая и Кореи), собралъ нѣкоторыя растенія въ окрестностяхъ портовъ Кореи.

Геологъ Карлъ Готче во время своего путешествія по западнымъ и сѣвернымъ провинціямъ Кореи, въ 1883 году, оставался нѣкоторое время въ

gionis Horto Kewensi elaborandas tradidit.

Brevi post cl. Richard Oldham ab eodem Horto in Chinam Japoniamque missus est; anno 1863 iter ad investigandas insulas Archipelagi Koreani suscepit et sequentes adiit: Long Reach, Green Island; Hershel Island, Port Hamilton, Bate Island, Peel Island, Tracey Island, Sondsik, Hooper Island, Kuper Harbour. Anno sequenti plantas in China et Formosa investigavit ubi anno exeunte in urbe Amoy (China or.) vita excessit.

Collectiones botanicae ab his duobus peregrinatoribus latae adhuc unicam contributionem ad cognoscendam floram Archipelagi Koreani praebent.

Wykeham Perry nauticorum praefectus, secretarius praetoris classis angliae cl. Wills (qui ad litora Chinae et Koreae inter annos 1881 et 1884 navigavit), plantas nonnullas haud procul a portibus Koreae collegit.

Cl. Carl Gottsche geologus anno 1883 in itinere per provincias occidentales et boreales Koreae peracto in urbibus Seoul et Incheon aliquot

городъ Сеулъ и Иншонъ, откуда впервые вывезъ коллекцію растений. Англійскій консулъ въ Корей А. В. Кэрлсъ въ 1885 году собралъ коллекцію растений на горахъ около города Сеула.

Тамъ же, въ 1886 году, г. Калиновскій съ апрѣля по октябрь тщательно собралъ цѣнную коллекцію растений. Около тридцати видовъ растений собралъ на корейскомъ берегу докторъ А. А. Бунге, во время своего посѣщенія порта Чемульпо, въ апрѣлѣ 1889 года. Въ то же время докторъ Н. К. Эповъ сдѣлалъ небольшіе сборы растений на восточномъ берегу полуострова, въ Кіонсанской и Хамгюнской провинціяхъ, около портовъ Фузанъ и Гензанъ.

Наиболѣе богатый матеріалъ для изученія флоры Кореи былъ собранъ въ провинціи Кіонъ-гы г. Антуанетой Зонтагъ, членомъ русскаго посольства въ Корей, которая съ 1893 по 1895 годъ собирала растения преимущественно около г. Сеула и въ слѣдующихъ мѣстностяхъ: Ай-о-куй, Мабанъ, Чжа-кіоль-на, Ху-чжу-мянъ, Аръ-ва-тай-кіоль, Шанъ-ку-кай, Жукъ-чжу-абъ, Тэ-мунъ-анъ-тай-кіоль, Ху-чжай-моу, Хонъ-чжу-ванъ, Тапъ-Тонгъ, Туанъ-кванъ-тай-кіоль, Ванъ-

tempus moratus, primus ex his locis collectionem attulit. Legatus Magnae Britanniae in Korea cl. A. W. Carles collectionem plantarum anno 1885 in montibus prope urbem Seoul decerpit.

Ibidem cl. Kalinowsky ab Aprili mense usque Octobrem anni 1886 collectionem pretiosam sedulo collegit. Circiter triginta species plantarum cl. A. Bunge fil. medicinae doctor Aprili mense a. 1889 litora Koreae ad portum Chemuplo visitans legit. Eodem tempore cl. N. C. Epow medicinae doctor in litore orientali in prov. Kyong-sang ad portum Fusan et in prov. Ham-Gyong (ad portum Gensang) plantarum pugilum composuit.

Plantarum numerus adhuc e Korea locupletissimus a cl. D-na Ant. Sontag, socia legationis rossicae in Korea, in prov. Kyong-kwi inter annos 1893 et 1895 collegit praesertim circa urbem Seoul et in locis adjacentibus: Ai-O-Quoi, Mabon, Tscha-kol-Nau, Hut-Schu-Mian, Ar-va-Tai-Kul, Schin-Ku-Kai Juck-Tschu-Ab, Thee-Mun-An-Tai-Kul, Hut-Tschai-Meo, Han-Tschu-Wan, Bacton, Tap-Tong, Tun-Kwan-Tai-Kul, Van-Tang-San, in monte Nansan (a Seoul versus meridiem) Yran-san, in trajectu ad viam in Pekin du-

танъ-санъ, Бактопъ, на горѣ Нанъ-санъ (къ югу отъ Сеула), И-ранъ-санъ, на перевалѣ, который пересѣкаетъ дорога ведущая къ Пекину (отъ Сеула въ С. З. направленіи) и наконецъ горахъ Я-санъ и Пэкъ-ханъ въ окрестностяхъ Сеула.

Первый списокъ корейскихъ растений, собранныхъ Ольдгамомъ, напечатанный въ сочиненіи Микеля: „*Prolusio florum japonicae*“, представляетъ перечень названій (часто только родовыхъ) растений, собранныхъ этимъ коллекторомъ въ Японіи, на корейскомъ полуостровѣ и на архипелагѣ.

Другой списокъ корейскихъ растений, собранныхъ японскими коллекторами, содержащій въ себѣ около 135 видовъ растений, былъ напечатанъ въ 1886 году въ японскомъ изданіи: „*Catalogue of Plants in the Herbarium of the College of Science imperial University Tokyo, Japan*“. *)

Нѣкоторыя растенія корейской флоры изъ коллекціи Шлиппенбаха, Ольдгама и Вильфорда были прекрасно описаны въ разное время академикомъ К. И. Максимовичемъ, въ „*Mélanges biologiques*“ и другихъ изданіяхъ.

*) Растенія, перечисленные въ этомъ списокѣ, я считаю болѣе удобнымъ помѣстить особо въ концѣ статьи.

centem (a Seoul NW versus), atque in montibus: Yi-san et Pauck-han in regione Seoulsensis.

Index primus plantarum koreanarum (quas Oldham legit) in opere Miqueli „*Prolusio florum Japonicae*“ editus, nomina nuda saepe tantum generica plantarum ab eo in Japonia, Archipelago et peninsula koreana lectarum continet.

Alter index plantarum koreanarum a collectoribus japonicis lectarum qui species circiter 135 continet a. 1886 in opere japonico „*Catalogue of Plants in the Herbarium of the College of Science imperial University Tokyo, Japan*“ editus est. *)

Variis temporibus illustris C. J. Maximowicz in „*Mélanges biologiques*“ aliisque operibus plantas nonnullas Koreanas e collectionibus Schlippenbachi, Oldhami et Wilfordi, optime descripsit.

*) Cuius indicis plantas separatim ad calcem huius operis indicare malo.

Болѣ полный списокъ корейскихъ растений находится въ сочиненіи Форбса и Гемслея „*Index florae sinensis*“, въ который вошло все извѣстное ботаникамъ о флорѣ Китая, южной Маньчжуріи, Кореи и острововъ Формозы и Гонконга *). Въ этомъ сочиненіи обработаны ботаническія коллекціи: Ольдгама, Вильфорда, Пэрри, Кэрлса, а также Вебстера и Росса, которые собрали небольшую коллекцію, главнымъ образомъ на пограничномъ съ Маньчжуріей высокомъ Чанъ-бо-шанскомъ хребтѣ.

Такимъ образомъ, переданный мнѣ для обработки матеріалъ состоитъ изъ коллекцій: Готче, Бунге, Эпова, Калиновскаго и г-жи Зонтагъ, который въ настоящей работѣ впервые появляется въ печати, со включеніемъ всего раньше извѣстнаго о флорѣ Кореи.

Коллекціи растений корейской флоры, послужившія основой для настоящей работы, хранятся въ гербаріяхъ слѣдующихъ музеевъ: коллекціи Ольдгама и Вильфорда въ Британскомъ музеѣ и въ королевскомъ ботаническомъ

*) Сочиненіе это составляетъ томы 26 и 29 англійскаго журнала „*Journal of Linnean Society*“.

*Index magis completus plantarum Koreae in opere cl. F. B. Forbes et W. B. Hemsley „Index florae sinensis“ nominato *) qui omnia quae botanicis de flora Chinae, Mandshuriae australis, Koreae, insularum Formosa et Hong-kong innotuerant comprehendit editus est. In hoc opere collectiones botanicae sequentes elaboratae sunt: Oldhami, Wilfordi, Perry, Carlesi, atque Websteri et Rossi qui imprimis in jugo alto Mandshuriae finitimo Schang-pei-shan dicto plantas paucas decerpserunt.*

Collectiones quae a me in hoc opere elaboratae sunt lectae sunt a cl. Gottsche, Bunge, Erow, Kalinowsky et D-na Sontag et hic primo in lucem editae sunt; in opere meo praeterea inclusa sunt omnia, quae antea e literis de flora Koreae nota sunt (magna pars).

Collectiones plantarum koreanarum quae operis huius fundamentum efficiunt servantur in herbariis museis sequentibus: Oldhami et Wilfordi in Museo Britanico et in Horto Regio Kewensi, ubi praeterea plantae a Carles,

*) „*Journal of Linnean Society*“ tomi XXVI et XXIX.

саду въ Кью, гдѣ, кромѣ того, находятся растенія собранныя: Кэрлсомъ, Вебстеромъ, Пэрри и Россомъ; собранныя Шлиппенбахомъ, Эповымъ и г. Зонтагъ—въ Императорскомъ С.-Петербургскомъ Ботаническомъ саду; собранныя г. Бунге и Калиновскимъ—въ ботаническомъ музеѣ Императорской Академіи Наукъ въ С.-Петербургѣ (которые были мнѣ любезно переданы для обработки директоромъ этого музея, акад. С. И. Коржинскимъ) и наконецъ растенія г. Готче—въ Ботаническомъ музеѣ въ Берлинѣ *).

Перечисляемые здѣсь растенія даютъ нѣкоторое представленіе о характерѣ растительности въ провинціяхъ Кіонъ-гы, Пхіонъ-анъ, Хамъ-гіонъ и Кіонъ-санъ; остальные провинціи Кореи въ ботаническомъ отношеніи совершенно неизслѣдованы. Всѣ мѣстонахожденія имѣющихъ растеній лежатъ у береговъ морей: Желтаго и Японскаго (исключая тѣхъ, которые лежатъ около г. Сеула, находящагося въ средней части провинціи

*) Растенія, собранныя японскими коллекторами, о которыхъ было уже упомянуто, хранятся въ Императорскомъ Университетѣ въ Tokio.

Webster, Perry et Ross collectae servantur; a Schlippenbach, Erow et Sontag lectae in Horto Imperiali botanico Petropolitano; lectae a Kalinowsky et Bunge in Museo botanico Academiae Petropolitanae Scientiarum (quae a direttore musei Dr. S. J. Korshinsky benigne mecum communicatae sunt), denique a Dr. Gottsche latae in Museo botanico Berolinensi servantur *).

Plantae inferius enumeratae aliquam indolem florae provinciarum Kyong-kwi, Phyong-an, Ham-Gyong et Kyong-sang explicant, provinciae caeterae autem quod ad floram attinet, omnino inexploratae sunt. Stationes omnes e quibus plantae acceptae sunt plerumque ad litora maris Flavi et Japonici sitae sunt (exceptis iis, quae haud procul ab urbe Seoul sitae sunt, quae posita est in parte media prov. Kyong-kwi in valle ad ripam dextram fluvii Han intra mon-

*) Plantae a collectoribus japonicis lectae de quibus supra diximus in herbario Universitatis Imperialis Tokyo servantur.

Кіонъ-гы, въ долині между горами, по правому берегу р. Ганъ); внутреннія части Корей почти совершенно неизвѣстны.

Нѣкоторыя общія замѣчанія о характерѣ и географическомъ распредѣленіи растительности нѣсколько позднѣе будутъ мною опубликованы особо.

При обозначеніи времени собиранія растений, я слѣдовалъ юліанскому календарю.

С.-Петербургъ.

Январь 1898 г.

tes); partes caeterae interiores fere ex toto ignotae sunt.

Adnotationes nonnullae de plantarum habitu et distributione per Koream paulo serius in opere separato a me publicabuntur.

Quod ad temporis stylum attinget *Calendarium Julianum* semper secutus sum.

Petropoli.

Januario 1898.

RANUNCULACEAE.

Clematis apiifolia DC.

Syst. I, 149 et Prodr. I. 6. — Maxim. in Mém. biol. IX. 593. — Mig. in Ann. mus. bot. Lugd.-Bat. III. 2. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 2. — Cat. Tokyo, 1. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 2.

Clematis virginiana Lour. *Fl. Cochinch. 345.*

In archipelago coreano: (Oldham Nr. 6).

Distr.: China or., Japonia.

Clematis brachyura Maxim.

In Mém. biol. IX. 598. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. l. c.

Clematis paniculata Thunb., forma? pauciflora Miq. in *Ann. mus. Lugd.-Bat. III. 1.*

In archipelago coreano: Long Reach (Oldham Nr. 7); Korea, sine loco speciali (Carles).

Clematis brevicaudata DC.

Syst. I. 138 et Prodr. I. 3. — Maxim. in Mém. biol. IX. 592. — Franch. Pl. David. I. 14. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 3. — Maxim. Fl. Tungut. n. 5., Enum. Mong. n. 6, Pl. chin. n. 8.

Korea, sine loco speciali (Carles).

Distr.: China bor., Manshuria et Mongolia.

Clematis patens Morr. et Dcne.

In Bull. acad. Brux. III. 1836 p. 173. — Maxim. in Mel. biol. IX. 599. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. II. 262. — Cat. Tokyo 2.

Clematis coerulea Lindl. Bot. Reg. t. 1955.

Kyong-kwi: prope Seoul, Majo '86 defl. (Kalinowsky).

Ibidem: Van-Tang-San 2. Juni 195 (Sontag).

Florae japonicae civis. In Korea nondum indicata, in China hactenus tantum prope opp. Ichang (in prov. Hupeh) obvia est. Spontaneane?

Clematis recta L.

Var. mandshurica Maxim. in Mel. biol. IX. 594. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 7.

Clematis mandshurica Rupr. in Pl. Maak in Bull. Petersb. XV. 514. — Maxim. Prim. fl. amur. 10.

Clematis terniflora DC. Syst. I. 137 et C. tenuiflora (spalmate), DC. Prodr. I. 3. (excl. syn. C. Flammulae var.).

Kyong-kwi: Seoul, Pauck-Han 9 Maji '94 fl. incip., Pekin-Pass 25 Maji '94 fl. (Sontag).

Distr. var.: Manshuria, China or.

Clematis spectabilis sp. n.

(Viticella) Herbacea, viridis stricta fere glabra apice ramosa, caule gracili tereti, folia integerrima inferiora trisecta superiora simplicia vel rarius omnia trisecta, petiolo volubili, segmentis ovatis latis apice acutis cum apiculo basi cuneatis, vel truncatis saepe inaequalibus utrinque 3—5 nerviis prominenter reticulatis supra viridibus subtus paullo glauscentibus; pedunculis 1-floris axillaribus plus minus elongatis, saepe supra medium bracteis binis parvis notatis, folio vulgo fere duplo superantibus; floribus erectis terminalibus ternatis axillaribus solitariis sepalis 4—5,

oblongo ovatis apiculatis extus ad margines tomentosis genitalia duplo superantibus; filamentis antherisque glabris stylo acquilongis, carpellis 4—5 pubescentibus in caudam subaequilongam abeuntibus. Carpella matura non vidi. — K'yo ng-kwi: prope Seoul, Majo-Junio ai 1886 et Kalinowsky legit.

Planta insignis habitu C. brachyurae Maxim. proxima quae a nostra foliis 2-jugo pinnatisectis superioribus 1-jugo pinnatisectis, floribus minoribus albidis (in sicco) tetrasepalis, distat.

Caulis 2—3 pedalis folia 4—6 cm. longa et 2—4 cm. lata petioli 2—2½ cm. longi, pedunculi 4—5 cm., sepalis 12—15 mm. longa et 5—7 mm. lata.

Thalictrum minus L.

Cod. 4045. — DC. Prodr. I. 13. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 4. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 8. — Cat. Tokyo 8. — Maxim. Enum. pl. Mong. n. 12.

v. elatum Lecoyer in Bull. soc. bot. de Belgique v. XXIV. 202.

Thalictrum coraiense Matsumura in bot. Mag. Tokyo bot. soc. v. IX. 276.

Korea sine loco speciali (Carles): Phyo ng-an: in fossis prope opp. Wi-tschu (Einzin) Septembrio '83 fr. (Enuma); Ham-Gyong: Gensang 18. Juli '89 fr. (Dr. Epow); in archipelago koreano (Oldham Nr. 10).

Distr.: China borealis, Japonia, Sibiria, Europa et Africa borealis.

Thalictrum petaloideum L.

Cod. 4054. — DC. Prodr. I. 12. — Franch. Pl. David. I. 17. — Lecoyer in Bull. soc. bot. de Belgique v. XXIV. 165. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 9. — Maxim. Fl. Tangut. n. 8. Enum. Mong. n. 12, Pl. chin. n. 17.

Kyong-sang: Fusan (Wilford). — Distr.: Sibiria, Mongolia, Manshuria, China borealis.

Thalictrum simplex L.

Cod. 4050. DC. Prodr. I. 15. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 3. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 9.

v. strictum Rgl. *Thal.* 40. — *Maxim. Enum. pl. Mongol. n.* 13. *Fl. Tangut. n.* 9.

Thalictrum strictum Ledeb. *Fl. Ross. I.* 10.

Korea: loco non indicato (*Enuma*).

Distr.: Europa, Sibiria, Mongolia, China borealis et Japonia.

Thalictrum sp.

Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 10.

In archipelago koreano: Green Island (*Oldham* Nr. 12).

Specimen hoc juvenile in herbario horti Kewensis servatum ob foliorum formam ut *Forbes et Hemsl. l. c.* confidant *Th. punduani* Wall. (ex India boreali) simile est.

Anemone altaica Fisch.

In *Ledeb. Fl. Alt. II.* 362. — *Fr. et Sav. Enum. pl. Jap. I.* 5. — *Cat. Tokyo 3.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 10.

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan, in trajectu Laolingt 2800 p. s. m. (*Webster*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, Japonia et Kamtschatka.

Anemone cernua Thunb.

Fl. Jap. 238. — *DC. Prodr. I.* 16. — *Sieb. et Zucc. Fl. Jap. I.* 14. t. 4. — *Franch. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 4. — *Cat. Tokyo 3.* — *Baker et Moore in Journ. Linn. Soc. XVII.* 376. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 10.

Korea (*Carles et Webster*); Kyong-kwi: Seoul, Aprilio 1886 fl. et defl. (*Kalinowsky*); Ibidem: Mabon, 4 Mart. '94 fl. Hut-Schu-Mian 19 Mart. '94 fl., declivitate boreali montis Nansan 28 Mart. '94 fl., Schin-Ku-Kaï 18 April. '94 fl., in ditone Seoulensi: in monte Yi-San 28 Maji '94 fl., Tun-Kwan-Tai-Kul 24 April. '95 (*Sontag*), Chemulpo, 10 April. '89 fl. (*Dr. Bunge*).

Distr.: Japonia, Manshuria.

Anemone Hepatica L.

Cod. 3999. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 6. — *Cat. Tokyo 3.* — *Baker et Moore in Journ. Linn. Soc. XVII.* 376. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 11.

Hepatica triloba Chaix. *DC. Prodr. I.* 22.

Korea, sine loco speciali (*Carles*); Kyong-kwi: Seoul, Schin-Ku-Kaï 18 April. '94 fl. et defl.; Thee-Mun-Tai-Kul 29 April. '94 defl.; Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl.; in ditone Seoulensi, Patuck-Han, 9 Maji '94 defl. (*Sontag*).

Nonnulla exempla *Sontagiana* tota densa lana alba tecta cum foliis minoribus magis cum mandshuricis, (de quibus *Becker et Moore l. c.* mentionem fecerunt), quam aliis congruere videntur. *).

Distr.: Europa, Asia et America bor.

Anemone nikoensis Maxim.

In *Mel. biol. IX.* 1. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 5. — *Cat. Tokyo 3.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 11.

Korea, sine loco speciali (*Carles*).

Distr.: Japonia.

Anemone Raddeana Rgl.

Reis. Ost.-Sibir. I. 16 t. 1. fig. 2, 3 f. g. — *Maxim. in Mel. biol. IX.* 606. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. II.* 265. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 12.

Kyong-kwi: Seoul, Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl., Schin-Ku-Kaï 18 April. '94 fl. (*Sontag*).

Distr.: Manshuria, Japonia.

*) *Anemone Henryi* Oliv. (in *Hook. Icon. Pl. v. XVI. t. 1570*) in montibus altis mediae Chinae prope opp. Patung a Dr. Henry reperta, nil aliud est quam *Anemone transylvanica* Fuss. cuius exempla permulta omnino typica cum nostra ut compararem mihi contigit. Discrimina ulla praeter staturam humiliorem foliaque minora invenire nequivi.

Anemone Rossii S. Moore.

In Jour. Linn. Soc. XVII. 376 t. 16 fig. 1. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 12.

Korea, sine loco speciali (Carles); Phyoŋg-an-jūgum Schang-pai-shan, in trajectu Laoling 2800 p. s. m. (Webster).
Distr.: Manshuria.

Adonis apennina L.

Cod. 4058 (excl. syn. pl. apenninae) — Ledb. Fl. Ross. I. 25. — Rgl. Reis. Ost-Sibir. I. 35. — Maxim. Enum. Mongol. n. 24. — Franch. in Bull. soc. phylom. VI. 93. (1894).

Adonis apennina L. v. daurica Ledb. — Maxim. Fl. Tangut. n. 21.

Adonis vernalis Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 12.

Korea, sine loco speciali (Carles).

Distr.: Sibiria, Mongolia et China bore.

Ranunculus acris L.

Cod. 4089. — DC. Prodr. I. 39. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. II. 266. — Cat. Tokyo 4. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 13.
var. japonica Maxim. Fl. Tangut. n. 28, Enum. Mongol. n. 38, Pl. chin. n. 46.

Ranunculus japonicus Thunb. in Trans. Linn. Soc. III. 337.

Ranunculus propinquus C. A. M. in Ledb. Fl. Alt. II. 332. Fl. Ross. I. 40.

Ranunculus Steveni Andr. in Bess. Enum. 22.

Kyong-sang: Port Fusan (Wilford); Kyong-kwi Seoul Majo '86 fl. (Kalinowsky); Ibidem, versus cacumen montis Nansan, 20 April. '94 fl., Han-Tschu-Wan 4 Maji '94 fl.; in ditone Seouleni: Pauck-Han 9 Maji '94 fl. (Sontag).

Spec. Kalinowskiana glabrescentia gracillima potissime conveniunt cum Manshuricis ab ipso Maximowiczio ad hanc varietatem relatis; spec. Sontagiana autem foliis latisectis hirsutis appropinquant ad formam *R. propinquus* C. A. M. quae olim pro specie propria habita, nuper primo a Forbes et

Hemsley ad *R. acrem* postea a Maximowiczio ad formam japonicam pro varietate relata est.

Distr. var.: Europa, Asia borealis.

Ranunculus pensylvanicus L. fil.

Suppl. 272. — DC. Prodr. I. 40. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 14. — Franch. Pl. Delav. 373, Pl. David. I. 20. — Maxim. Pl. chin. n. 48.

var. japonica Maxim. Pl. chin. l. c.

Ranunculus japonicus Langsd. ex Fisch. in DC. Prodr. I. 38.

Ham-Gyong: Gensan 18 Julii '89 fr. (Dr. Epow).

var. chinensis Maxim. Enum. Mongol. n. 43.

Ranunculus chinensis Bge. Enum. Chin. 3.

Ranunculus chinensis Bge. v. amurica Maxim. Prim. fl. Am. 21.

Ranunculus ternatus Thunb. Fl. Jap. 241. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 16. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 7. — Cat. Tokyo 4. — Franch. Pl. David. I. 19.

Ranunculus Vernyi Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 8 et II 266. (ad *R. ternatum* relat.).

Kyong-kwi: Seoul, Junio '86 fl. (Kalinowsky).

Distr.: Asia or. et Amer. borealis.

Ranunculus repens L.

Cod. 4087. — DC. Prodr. I. 38. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 8. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 15. — Maxim. Enum. Mongol. n. 42, Pl. chin. n. 47 (var.) — Cat. Tokyo 4.

Korea sine loco speciali (Webster).

Distr.: ad Europa per Asiam borealem in Americam borealem.

Caltha palustris L.

Cod. 4111. — DC. Prodr. I. 44. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 9. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 17. — Maxim. Enum. Mongol. n. 47, Fl. Tangut. n. 32, Pl. chin. n. 32. — Cat. Tokyo 4 (var.).

Korea sine loco speciali (Carles).
Distr.: Hemisphaera borealis.

Isopyrum Raddeanum Maxim.

In Mel. biol. XI. 639. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 18. — Franch. in Morot Journ. bot. 1897 p. 188, 223 — Makino in Bot. Mag. Tokyo bot. Soc. XI. 170 (v. japonica).

Enemion Raddeanum Rgl. Pl. Ost.-Sibir. I. 61 t. II. fig. 3, 4. (v. japonica) — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. II. 270.

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan in trajectu Laoling 2800 p. s. m. (Webster).

Distr.: Manshuria, Japonia.

Aquilegia viridiflora Pall.

In Act. Petrop. (1779) II. 260 t. 11 f. 1. — Ledb. Fl. Ross. I. 57. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 18. — Maxim. Fl. Tangut. n. 38, Enum. Mongol. n. 54.

Aquilegia atropurpurea W. Enum pl. h. Berol. 577. — DC. Prodr. I. 50 — Ledb. Fl. Ross. l. c.

Kyong-kwi: Seoul, 2 April. '94 (Sontag).

Specimen unicum florere incipiens iis, que in monte Po-hua-shan prope Pekin, a Dr. Bretschneidero a. 1877 collecta simile est, segmentis foliorum superiorum integris (nec serratis vel dentatis) floribusque flavoviridibus exsepto.

Distr.: Sibiria, Mongolia, China bor., et Manshuria.

Aconitum Kusnezowii Reichb.

Monogr. Acon. t. 21. — Ledb. Fl. Ross. I. 69, 740. — Maxim. Prim. fl. Amur. 28. — Rgl. Pl. Ost.-Sibir. I. 93. — Franch. Pl. David. I. 22. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. Sin. I. 20.

Korea: sine loco speciali (Perry).

Distr.: Sibiria, Mongolia, China bor., Manshuria.

MAGNOLIACEAE.

Magnolia obovata Thunb.

In Trans. Linn. Soc. II. 336. — Maxim. in Mel. biol. VIII. 508. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 16. — Ito Keisuke Fig. et Descr. Pl. Koishikawa bot. Gard. I. t. 10 (bona). — Cat. Tokyo 8.

Magnolia gracilis Salisb. Parad. Lond. t. 87 (1806).

Buergeria obovata Sieb. et Zucc. Fl. jap. fam. nat. I. 187.

Talauma Sieboldi et Magnolia obovata Miq. Prodr. 145—146.

Kyong-kwi: Seoul: Van-Tang-San, 2 Juni '95 fl. (Sontag).

In Japonia et China (in prov. Hupeh) hic inde culta, nunc videtur primum sponte crescens inventa est.

Magnolia parviflora Sieb. et Zucc.

Fl. jap. fam. nat. I. 187. — Maxim. in Mel. biol. VIII. 509. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 16. — Cat. Tokyo 8. — Ito Keisuke Fig. et Descr. pl. Koishikawa bot. Gard. I. t. 15.

Kyong-kwi: Seoul, Majo '86 flor. (Kalinowsky); Van-Tang-San 2 Juni '95 fl. (Sontag).

Species haec pulchra tantum e Japonia adhuc nota, in continente non indicata est.

MENISPERMACEAE.

Cocculus Thunbergii DC.

Syst. I. 524 et Prodr. I. 98. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 19. — Maxim. in Mel. biol. XI. 651. — Franch. Pl. David. I. 24. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 28. — Cat. Tokyo 9.

Cocculus ovalifolius DC. *Syst. I.* 526 et *Prodr. I.* 99.
 Kyong-sang: Port Fusan (Wilford); Kyong-kwi:
 prope Seoul, Junio '86 fl. (Kalinowsky); in ditione Seoulensi,
 mons Yi-San 28 Maji '94 (Sontag).
 Distr.: Japonia, China orientalis.

Menispermum davuricum DC.

Syst. I. 540 et *Prodr. I.* 102. — *Deless. Ic. t.* 100. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 20. — *Maxim. in Mel. biol. XI.* 647. t. II. fig. 17—18, *Enum. Mongol. n.* 73, *Pl. chin. n.* 78. — *Franch. Pl. David. I.* 25. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 29. — *Cat. Tokyo 9.*

Kyong-kwi: Seoul, Majo '86 flor. (Kalinowsky); in ditione Seoulensi: Pauck-Han 9 Maji '94 fl. (Sontag).
 Distr.: Sibiria, Mongolia, China bor. Manshuria et Japonia.

NYMPHAEACEAE.

Nelumbo nucifera Gaertn.

De fruct. I. 73.

Nelumbium speciosum W. *Sp. pl. II.* 1258. — *DC. Prodr. I.* 113. — *Forbes et Hemsl. jand. fl. sin. I.* 34. — *Cat. Tokyo 11.*

In Korea fere tota propter florum gratia saepe colitur.

Distr. a Persia per regiones calides Asiae, usque ad Australiam.

BERBERIDEAE.

Stauntonia hexaphylla Dcne.

In Ann. sc. nat. ser. 2. XII. 105. — *Sieb. et Zucc. Fl. Jap. I.* 148 t. 11. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 21. — *Maxim. in Engl. Bot. Jahrb. VI.* 58. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. Sin. I.* 30. — *Ito Keisuke Fig. et Descrip. pl. Koishikawa bot. Gard. II. t. 3.* — *Cat. Tokyo 9.*

Rajania hexaphylla Thunb. *Fl. Jap.* 149.

In archipelago koreano: Port Hamilton (Wilford).
 Distr.: Japonia.

Akebia quinata Dcne.

In Ann. sc. nat. ser. 2. XII. 107. — *Bot. Reg. 1847 t.* 28. — *Sieb. et Zucc. Fl. Jap. I.* 143 t. 77. — *Bot. Mag. t.* 4864. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 21. — *Franch. Pl. David. I.* 25. — *Ito Keisuke Fig. et Descrip. pl. Koishikawa bot. Gard. II. t. 1.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 30. — *Cat. Tokyo 9.*

Rajania quinata Thunb. *Fl. Jap.* 148.

Korea: sine loco speciali (Carles); in archipelago koreano: Port Hamilton (Oldham).

Distr.: China, Japonia.

Berberis sinensis Desf.

Cat. hort. Par. 158. — *DC. Prodr. I.* 106. — *Rgl. in Act. h. Petrop. II.* 415—418. — *Franch. Pl. David. I.* 26. — *Bot. Mag. t.* 6373. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 31. — *Maxim. Enum. Mongol. n.* 56 (var.), *Pl. chin. n.* 79 (var.).

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan in trajectu Laoling, 2800 p. s. m. (Webster).

Distr.: Europa austr., Africa bor., in Oriente et Amer. boreali.

Berberis koreana sp. n.

Glaberrima, spinis apice ramorum simplicibus basi 3—5 partitis v. in ramis annotinis 5 partitis, ramis floriferis glabris angulatis novellis purpureis, foliis fasciculatis membranaceis obovatis vel ellipticis margine spinoso-dentatis, nudis subtus glaucis prominente reticulatis in petiolum brevem sensim attenuatis, racemis laxis multifloris pendulis nudis folia aequantibus v. paullo superantibus pedicellis vulgo solitariis, geminis v. rarius fasciculatis flore 3—4plo longioribus; sepalis ovatis acutis petalis obovatis oblongis integris, stigmatibus sessilibus.

Kyong-kwi: Seoul Schin-Ku-Kai 18 Aprilii '94 fl.; in trajectu secus viam ad Pekin ducentem 25 Maji '94 fl.; in ditione Seouleni: Pauck-Han 9 Maji '94 fl. (*Sontag*).

Ob foliorum formam in mentem vocat *B. brachypodam* Maxim. sed haec valde abhorret racemis densifloris pedicellis flore brevioribus pubescentibus petalisque bidentatis. Quoad racemos floresque nostra aliquot accedit etiam ad *B. vulgarem* v. *amurensis* Rgl. spinis sub anthesi simplicibus, ramis purpureis foliis crassioribus (*B. brachypodam* fere aemulantibus) tamen distinguenda.

Praesto sunt specimina plura bipedalia penna corvina crassiora. Ramuli novelli glabri purpurei lucidi angulati spinis simplicibus — annotini cinerei lucidi, spinis 5 partitis basi fasciculorum foliorum squamas vetustas imbricatas gerentes. Folia in fasciculo 5—8 inaequalia; minora 1—1½: ½—¾ cm. majora 6: 2½ cm. attingunt. Petioli usque ad 1 cm. longi. Lamina 1—nervia, nervo supra impresso subtus prominulo, margine vix revoluta gradatim incurvudentata, apice cum apiculo. Flores flavescenscentes (in sicco) in pedicellis sulcatis glabris sub alabastro incrassatis, basi bracteatis, 5—7 mm. longis. Bracteolae squamaeformae subulatae parvae usque 1—1½ mm. longae. Petala sepalis 4—5 plo breviora supra basin secus nervos laterales glandulis elongatis notata. Stigma arcte ovariumque sessilia.

In tab. I: *Berberidis koreanae* rami duo florere incipientes m. n.; supra-ovarium, dextra-sepalum, sinistra (atque medio)-petala eius, (omnes 8-aucti) exponiuntur.

Leontice microrhyncha S. Moore.

In Journ. Linn. Soc. XVII. 377 t. 16. (cum var. *venosa*) — Forbes et Hemsl. Ind. fl. Sin. I. 32.

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan, in trajectu Laoling 2800 p. s. m. (*Webster*).

Distr.: Manshuria.

Jeffersonia dubia Benth. et Hook. f.

Ex Beker et Moore in Journ. Linn. Soc. XVII. 377. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 33.

Jeffersonia manshuriensis Hance in Jour. bot. 1880. 258.

Plagiorhegma dubium Maxim. Prim. fl. Amur. 34 t. 2.

Korea sine loco speciali (*Carles*); Phyong-an: jugum Schang-pai-shan, in trajectu Laoling (*Webster*).

Distr.: Manshuria.

PAPAVERACEAE.**Chelidonium japonicum Thunb.**

Fl. jap. 221. — DC. Syst. II. 100 et Prodr. I. 123. — Prain, in Bull. herb. Boiss. III. 584.

Chelidonium uniflorum Sieb. et Zucc. Abh. Acad. Muench. VI. 2. 169 — Rgl. Gartenflora XI. 89. t. 355.

Stylophorum japonicum Miq. Ann. mus. Lugd.-Bat. III. 11. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 27. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 34. — Cat. Tokyo 12.

Hylomecon vernale Maxim. Prim. fl. Amur. 36. t. 3.

Hylomecon japonicum Prantl. in Engl. Nat. Pflanzenfam. III. 2. 139.

Korea sine loco speciali (*Webster*).

Distr.: Japonia, China et Manshuria.

Chelidonium majus L.

Cod. 3835 — *DC. Syst. II.* 98. et *Prodr. I.* 123. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 28. — *Forbes et Hemsl. I.* 35. — *Franch. Pl. David. I.* 27. — *Maxim. Enum. Mongol. n.* 82, *Pl. chin. n.* 99. — *Prairie, in Bull. herb. Boiss. III.* 576—81.

Korea sine loco speciali (*Perry*); Kyong-kwi: prope Seoul, Aprilio '86 flor. (*Kalinowsky*).

Distr.: Europa, Africa, Asia et America boreales.

Corydalis pallida Pers.

Syn. II. 270. — *DC. Prodr. I.* 129. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 31., *II.* 276. — *Maxim. in Mel. biol. X.* 49 et *Fl. As. or. fragm. 4.* — *Cat. Tokyo 13.* — *Bot. Mag. t.* 6826. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 37.

Sophorocarpus pallida Turcz. in *Bull. Soc. Mosc.* 1841. 570. — *Flora XXXI.* (1848), 707.

Corydalis heterocarpa Sieb. et Zucc. *Fl. jap. fam. nat. n.* 284.

Corydalis speciosa Maxim. *Prim. fl. amur.* 39.

C. Wilfordi Rgl. *Reis. Ost-Sibir. I.* 148. — *Cat. Tokyo 13.*

Corydalis aurea W. var. *speciosa* Rgl. *Fl. Ussur.* 20. — *Reis. Ost-Sib. I.* 145, *Gartenflora 1861* 373. t. 343. — *Fr. et Sav. l. c.* — *Cat. Tokyo 12.*

Corydalis aurea W. var. *pallida* Rgl. l. c.

In archipelago koreano: Port Hamilton (*Wilford, Oldham Nr.* 42—43). Kyong-kwi: Seoul Juck-Tschu-ab, 23 Aprilii '94 fl. (*Sontag*).

v. *platycarpa* Maxim. *herb., Fl. As. or. frag. 4 ex parte (quoad pl. e Formosa, archip. Bonin, prov. Canton e prov. japonic.: Makino Tosa 1884 Nr.* 29, et *cet.)*

In archipelago koreano: Port Hamilton (*Oldham Nr.* 47.)

Distr.: Sibiria, Manshuria, China, Japonia nec non America bor.

Corydalis solida Sw.

Sw. Bot. VIII. 531 — *Ledeb. Fl. Ross. I.* 100. — *Rgl. Reis. Ost-Sib. I.* 137. — *Maxim. Enum. Mongol. n.* 87.

Corydalis bulbosa DC. *Fr. franc. IV.* 637., *Syst. II.* 119 et *Prodr. I.* 127. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 29. — *Franch. Pl. David. I.* 28. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 36.

Corydalis remota et *gamosepala* Maxim. *Prim. fl. amur.* 37.

Kyong-kwi: prope Seoul Aprilio '86 flor. (*Kalinowsky*); Ibidem, Schin-Ku-Kai 18 Aprilii '94, Hut-Tschai-Meo, 1 Maji '94; in ditone Seouleni: mons Yi-San 28 Maji '94 flor. (*Sontag*).

Exempla allata mox bracteis digitato-incisas et integras (saepe in eade planta) mox omnes integras habent ut *Corydali ambigua* Cham. et *Schlecht.* in quam nostra hic quasi transit. Differentia saltem in specimina specierum harum in Manshuria et parum in regione amurensi lectarum, mihi hactenus obscura est, eo magis quod ipsi Chamisso et Schlechtendal speciem suam a *C. solida* Sw. bracteis integris potissimum distinguunt

Distr.: Europa, Sibiria, Manshuria, China et Japonia.

CRUCIFERAE.**Nasturtium montanum Wall.**

Cat. 4778, ex parte. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 32. — *Hook. f. Fl. brit. Ind. I.* 134. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 40. — *Cat. Tokyo 13.* — *Franch. Pl. David. I.* 31, *Pl. Delav. I.* 52.

Kyong-sang: Port Fusan (*Wilford*).

Distr.: China, Japonia, India et Asia austro-orientalis tota usque ad Javam.

Draba nemorosa L.

Cod. 4674. — *Ledeb. Fl. Ross. I.* 154. — *Franch. Pl. David. I.* 36. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 41. — *Maxim. Enum. Mongol. n.* 128, *Fl. Tangut. n.* 112, *Pl. chin. n.* 134.

Draba nemoralis DC. *Prodr.* I. 137. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 36. — *Cat. Tokyo* 15.

Korea sine loco speciali (*Carles*); Kyong-kwi: Seoul Aprilio '85 fl. et frctf. (*Kalinowsky*).

Planta *Kalinowskiana* ad formam *a leiocarpam* Lindl. pertinet.

Distr.: circumpolaris.

Arabis hirsuta Scop.

Fl. carn. II. 30. — DC. *Prodr.* I. 144. — *Ledeb. Fl. Ross.* I. 118. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 42. — *Maxim. Pl. chin.* n. 118.

Turritis hirsuta L. *Cod.* 4846.

Kyong-san: Port Fusan (*Wilford*).

Distr.: Europa, Asia occid. et orientalis, nec non America bor.

Arabis perfoliata Lam.

Dict. I. 219. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 34. — *Forbes et Hemsl. I.* 42. — *Cat. Tokyo* 14.

Turritis glabra L. *Cod.* 4845. — DC. *Prodr.* I. 142. — *Maxim. Enum. Mongol.* n. 107.

Korea, ripa occidentalis (*Perry*); Kyong-kwi: Seoul Aug. '83 fl. (*Dr. Gottsche*); in archipelago koreano: Port Hamilton (*Wilford, Oldham Nr.* 48).

Distr. a Baicale ad occid. in Europam, America boreali, alpihus Australiae.

Arabis Stelleri DC.

Syst. II. 242. v. *japonica* Schmidt *Reis. in Amurl.* III. *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 33. — *Cat. Tokyo* 13. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 42. — *Yatabe Iconogr. fl. jap.* V. I. 3. tab. I.

Arabis japonica A. Gray *Pl. jap.* 381.

In archipelago koreano: Port Hamilton (*Wilford, Oldham Nr.* 52, 998).

Distr.: Japonia.

Cardamine hirsuta L.

Cod. 4773. — *Hook. f. Fl. Brit. Ind.* I. 138. — *Maxim. in Mel. biol.* IX. 6. — *Franch. Pl. David.* I. 34.

subsp. *flexuosa* *Withering Brit. pl. ed.* 3. III. 578. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 41.

Cardamine sylvatica Link in *Hoffm. Phytogr. blatt.* I. 50. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 35.

Cardamine hirsuta L. var. *sylvatica* *Cat. Tokyo* 14.

Kyong-kwi: Seoul: Mabon 4 Mart. '94 fl., Tscha-Kol-Nau 10 Mart. '94 ster.; Hut-Schu-Mian 19 Mart. '94 ster.; in declivitate boreali montis Nansan 28 Mart. '94 fl.; in ipsa urbe 2 April. '94 fl. (*Sontag*); in archipelago koreano: Port Hamilton (*Oldham Nr.* 47).

Specimina nostra basi vel ferè omnia dense hirsuta iis japonicis a Franchet et Savatier (nec non Dickson) lectis similia sunt.

Distr.: Europa, Asia et Amer. bor.

Cardamine macrophylla W.

Sp. pl. III. 484 — DC. *Prodr.* I. 152. — *Franch. Pl. David.* I. 34. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 43. — *Maxim. Fl. Tangut.* n. 95, *Enum. Mongol.* n. 113. *Pl. chin.* n. 119.

Dentaria dasyloba Turcz. *Add. emend. ad fl. baic-dah.* 6 n. 103.

Kyong-kwi: Seoul August '83 fl. (*Dr. Gottsche*).

Distr.: Sibiria, Mongolia bor., Manshuria, China, Himalaya.

Cardamine tenuifolia Turcz.

Fl. Baic.-Dahur. I. 120. — *Maxim. in Mel. biol.* IX. 4. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 44.

Dentaria tenuifolia Ledeb. *Fl. Ross.* I. 130.

Dentaria tenella Rgl. *Fl. Ussur.* n. 66 non *Pursh*.

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan, in trajetum Laoling 2800 p. s. m. (*Webster*).

Distr.: Rossia, in tota Sibiria et Manshuria nec non insula Sachalin.

Dontostemon dentatus Ledb.

Fl. Ross. I. 175. — Maxim. in Mel. biol. IX. 10. — Enum. Mongol. n. 140 (in nota) — Franch. Pl. David. I. 36. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 45. — Cat. Tokyo 15.

Andreoskia dentata Bge. Enum. Chin. 6.

Kyong-sang: Port Fusan (*Wilford, Carles*); in archipelago koreano: Long Reach (*Oldham Nr. 56, 1054*).

Distr.: Sibiria, Manshuria et Japonia, nec non China bor.

Sisymbrium Maximowiczii sp. n.

Alyssi species dubia fr. deficiente Miq. in *Ann. mus. Lugd. — Bataav. III. 200 et Prol. fl. jap. 362.*

Arabis sp. n.? Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 43.

Berteroa incana Franch. in Mem. Soc. Cherbourg v. XXIV (1884) p. 199?

Velaroides sectio nova (inter sectiones *Kiberam DC.* et *Velarum DC.* collocanda). Flores parvi albi in racemos terminales ebracteatos dispositi; glandulae tori laterales 4 ad basin staminum longiorum, dentes obtusos gerentes, affixae. Siliquae lineares apice subulatae pedicellis gracilibus longiores; semina 1-seriata.

Cinereo-virens; annua v. biennis erecta pedalis v. ultra pedalis, apice patule ramosa pilosa inferne pilis stipitatis ramosis 3—7 partitis superne densis adpersis obsessa, foliis obovatis integerrimis obtusiusculis supra parce, subtus densius pilosis in petiolum brevem abeuntibus; ramis erectis apice floriferis tunc elongatis, floribus parvis albis, pedicellis erectis calyce duplo longioribus, sepalis erectis lateralibus latioribus basi subsaccatis pilosis, petalis albis oblongo obovatis apice integris vel subdentata calyce longioribus, staminibus liberis, filamentis staminorum breviorum subulatis simplicibus, — longiorum basi dentibus obtusis auctis glandulis elongatis sepala spectantibus, ovario sessili tereti stellato-tomentoso, stylo brevioris glabro, stigmatibus capitatis, siliquis sessilibus linearibus vix compresis villosis, seminibus brunneis teretiusculis, laevibus.

Korea: sine loco speciali (*Carles ex Forbes et Hemsl l. c.*) in archipelago koreano: Tracey Island (*Oldham Nr. 58!*)

China: Schan-tung: opp. Tschifu (*Dr. Wawra Nr. 1193!*).

Radix tortuosa lignosa, basi in fibras paucas abiens, sursum caulem erectum teretiusculum paene pennam anserinam crassum emittens. Folia infima uninervia, fere sessilia, $3\frac{1}{4}$ —4 cm. longa et fere 1 cm. lata; summa $1\frac{1}{2}$ —2 cm. longa et 5—7 mm. lata. Racemus florens 8—15 cm. longus et multo fructifer. Flos 4—5 mm. longus. Sepala elongato-ovata acuminata, 3 mm. longa. Petala sepalis latiora in unguem lamina multo breviora attenuata 4—5 mm. longa. Stamina petala aequantia vel paulo superantia. Siliqua immatura usque $1\frac{1}{2}$ cm. longa.

Tab. II. *Sisymbrium Maximowiczii*. 1. Specimen florens dimidio magn. nat. 2. Alabastrum. 3—4. Sepala dua: extus et intus. 5. Petalum. 6. Flos demptus calyce et corola. 7. Germen, stamina, et glandulae hypogynae omnes 8-ies auctae. 8—9. Stamina breviora et longiora (extus et intus) magis aucta. 10. Siliqua parum compressa (sine pedicello circiter 11 cm. longa) 6-ies aucta. 11. Valva 3-costata (pube neglecto) magis aucta. 12. Ovarium demptum (ovula 3 in loculo perspicuntur) magis auctum. 13. Semen immaturum 12-ies auctum.

Sententiae botanicorum de hac planta, jam a Rich. Oldham a. 1861 in archipelago koreano inventa cum specimina frugifera praesto non sint adhuc valde inter sese pugnant. Primo Miquel eam ad *Allysum* genus ducere voluit, postea Forbes et Hemsley eam speciem *Arabidem* indscriptam existimaverunt. Praeterea Franchet l. c. talia exemplaria juvenilia a Fauvel prope Tschifu lecta an pro *Berteroa incana* haberet dubitabat. In herbario Maximowiczii nunc vero exempla bona huius plantae anthesi peracta a Dr. Wawra in provincia chinensi Shang-tung prope opp. Tschifu, lecta fructibus omnino maturis, quod valde dolendum est, carentia, invenire mihi contigit. C. I. Maximowicz dicit speciem illam: ob siliquam teretiusculam ad *Sisymbrium* pertinere a qua imprimis filamentis basi dentatis discrepare videri. Auctor autem utrum sectionem novam, an genus novum eam putaret, in nota herbario apposita, silentio praeterit.

Nunc cum exempla permulta *Sisymbrii* generis et aliorum affinium examinaverim speciem hanc sectionem novam huius generis habere et eam clarae memoriae viri celeberrimi C. J. Maximowiczii florum Asiae orientalis scrutatoris nobilissimi dedicare volo.

Capsella Bursa pastoris Moench.

Met. 271. — *DC. Prodr. I.* 177. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 38. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 48. — *Maxim. Fl. Tangut. n.* 216, *Enum. Mongol. n.* 168, *Pl. chin. n.* 141. — *Cat. Tokyo 16.*
Thlaspi Bursa pastoris L. Cod. 4706. — *Franch. Pl. David. I.* 39.

Kyong-kwi: Seoul, Aprili '86 fl. et fref. (*Kalinowsky*); inter Chemulpo et Seoul 17 Mart. '94 fl. (*Sontag*).

Distr.: Europa, Asia et ubique in cultis.

Thlaspi arvense L.

Cod. 4698. — *DC. Prodr. I.* 175. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 39. — *Franch. Pl. David. I.* 38. — *Maxim. Fl. Tangut. n.* 72. — *Enum. Mongol. n.* 179, *Pl. chin. n.* 140. — *Cat. Tokyo 16.*

Korea sine loco speciali (*Perry*); Kyong-kwi: Seoul Julio 86 fr. (*Kalinowsky*); Chemulpo 10 Apr. '89 fl. (*Dr. Bunge*); in archipelago koreano: (*Wilford Nr.* 691, *Oldham Nr.* 49).

Distr.: cultis Europae, Asiae, Americae nec non Africae bor.

Raphanus Raphanistrum L.

Cod. 4875 — *DC. Prodr. I.* 229. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 39. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 50.

Korea, sine loco speciali (*Carpenter*); Kyong-kwi: Seoul Majo '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: Europa, Asia, America.

VIOLACEAE.**Viola albida sp. n.**

(*Nominium*.) Rhizoma articulata stolones epigeos emittens; stipulae elongatae margine vix ciliatae ad medium v. triente

adnatae; folia glabra membranacea atrovirentia elongata aperte cordata v. cordato-ovata crenato-serrata apice breviter acuminate basi deltoidea in petiolum exalatum lamina aequilongum vel paullo longiorem abeuntia; pedunculi graciles folia aequantes, bracteae subulatae amplexantes subintegrae; flores barbati mediocres albi intus interdum vix rosei v. albidii; sepala elongata-ovata v. acuta appendiculata, appendices elongatae, spatulatae inaequaliter dentatae v. divaricatae sepalis fere duplo breviores; calcar longa lato scrotiformia sepalis longiora, stigma marginata, ovarium acutum glabrum. Capsula non visa.

Kyong-kwi: Seoul, Schin-Ku-Kai 18 Maji '94 fl.; Thee Mun-An-Tai-Kul 29 April. '94 fl.; Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl. (*Sontag*).

Tab. III. fig. 2. *Viola albida m.* specimen magn. nat.

Affine *V. japonicae* Langsd. et *V. Bisseti* Maxim. Prius a nostro differt floribus imberbis pallide violaceis calcaribus longioribus capsulis obtusis appendicibus sepalorum brevioribus. *V. Bisseti* Maxim. distinguitur foliis pilosis elongatis ovato-oblongis attenuatis, corollis imberbis calcar brevior et crassiore, quoad sepalorum appendices breviores eam *Viola violaceae* Makino sp. ined. (in Makino: *Illustr. fl. Jap. fasc.* 11 tab. LXVII delineata) accedit, quae a *V. Bisseti* caule robustiore calcar longiore et tenuiore distinguenda et melius, ut mihi videtur, pro forma huius speciei habenda est.

Viola canina L.

Cod. 6773.

var. *acuminata* Rgl. *Reis. Ost.-Sibir. I.* 247. — *Maxim. in Mel. biol. IX.* 746. — *Maxim. Enum. Mongol. n.* 200. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 52. — *Cat. Tokyo 18.*

Viola acuminata Ledeb. *Fl. Ross. I.* 252. — *Franch. Pl. David. I.* 44.

Viola micrantha Turcz. in *Bull. Mosc. V.* 183, X, Nr. 7. 148.

Korea: sine loco speciali (*Carles Nr.* 32); Phyoŋ — an: jugum Schang-pai-shan, in trajectu Laoling 2800 p. s. m. (*Webster*); Kyong-kwi: prope Seoul August. '83 (*Dr. Gottsche*), Aprilio '86 fructif. (*Kalinowsky*); ibidem, Thee-Mun-An-Tai-Kul 29 Aprilii '94, Van-Tang-San 2. Juni '95 fl. (*Sontag*).

Distr.: Sibiria, Mongolia, Manshuria, China bor. et Japonia.

Viola dactyloides R. et Sch.

Syst. V. 351. — DC. Prodr. I. 293. — Ledb. Fl. Ross. I. 244. — Maxim. in Mel. biol. IX. 719.

In archipelago koreano: (Oldham Nr. 63).

Plantam Oldhamianam pedalem ob folia palmatinervia 3—5 secta segmenta foliorum subtriplinervia melius ad hanc speciem (cuius specimina multa e Manshuria examinavi) quam ad *Violae pinnatae varietatem chaerophylloidem* Rgl. (ut Maximowicz atque Forbes et Hemsley l. c. existimaverunt) amandandam esse puto. Planta Wilfordiana (quem, quod valde doleo, non vidi) ad hanc speciem pertinere videtur.

Distr.: Sibiria, Manshuria.

Viola japonica Langsd.

In hb. Fisch. et in DC. Prodr. I. 95. — Maxim. in Mel. biol. IX. 724. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 53. — Cat. Tokyo 17.

Viola japonica v. *pekinensis* Maxim. *Fl. As. or. fr. 4.*

Viola Walkeri Wight. *Ill. I. 42. t. 18* (icon ob flores errore flavos pessima).

Viola Kamtschatica v. *pekinensis* Rgl. *Reis. Ost.-Sibir. I. 230.*

Viola Patrini auct. *Fl. Brit. Ind. etc. pro parte.*

In archipelago koreano: Port Hamilton (Oldham Nr. 60).

Distr.: Japonia, China et India.

Viola hirta L.

Cod. 6770.

var. *collina* Rgl. *Reis. Ost.-Sibir. I. 236. — Maxim. in Mel. biol. IX. 737. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 52.*

Viola collina Bess. *Cat. h. cremenec. 1816 p. 151. — Ledb. Fl. Ross. I. 249. — Maxim. Prim. fl. amur. 49. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. II. 648.*

Kyong-kwi: Seoul, Schin-Ku-Kai 18 April. '94 fl. et defl., Hut-Tschai-Meo 1 Maji fretf. (Sontag); in archipelago koreano (Oldham Nr. 65).

Ab exemplis typicis nostra primo aspectu distincta est discrimina tamen reducuntur ad staturam humiliorem folia densissime hirta mox colorata floresque minores saepe cleistogamicos. Cetera identica.

Distr.: Rossia, Sibiria, Manshuria, Japonia.

Viola hirtipes S. Moore.

ibidem Aug. '83 fl. (*Dr. Gottsche*) Schin-Ku-Kai 18 Aprilii '83
nondum fl.; Thee-Mun-An-Tai-Kul 29 Aprilii '94 flor.; Hut-
Tschai-Meo 1 Maji '94 nondum flor., prope Tap-Tong 20 Maji
'95 fl., Van-Tang-San 2 Juni '95 fl.; in archipelago ko-
reano: *Herschel Island* (*Oldham* Nr. 490).

Distr.: China et Manshuria austro-orientalis.

RUBIACEAE.

Paederia tomentosa Bl.

Bijdr. p. 968. — *DC. Prodr. IV.* 471. — *Maxim. in Mèl. biol. XI.* 798. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 389.

Paederia foetida Thunb. *Fl. Jap.* 106. *Ic. Kaempf. t.* 9. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 210. — *Cat. Tokyo* 91.

Paederia chinensis Hance in *Journ. bot.* 1878. *p.* 228 et 1879. 12. — *Franch. Pl. David. I.* 155.

Kyong-sang: Fusan '89 fl. (*Dr. Epow*).

Distr.: a China et Japonia usque ad Himalayam nec non ins. Malayanas.

Rubia cordifolia L.

Cod. 894. — *DC. Prodr. - IV.* 608. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 212. — *Franch. Pl. David. I.* 155. — *Maxim. in Mèl. biol. IX.* 266. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 393. — *Cat. Tokyo* 92.

Kyong-kwi: in ditone Seoulensi: Yi-san 28 Maji '94 nond. fl., (*Sontag*).

Distr.: a Dahuria ad Japoniam per Chinam, Indiam usque ad Malaccam et insul. Ceylon.

Galium Aparine L.

Cod. 882. — *DC. Prodr. IV.* 608. — *Maxim. in Mèl. biol. IX.* 259. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 213. — *Franch. Pl. David. I.* 156. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 393. — *Cat. Tokyo* 93.

Galium pauciflorum Bge. *Enum. Chin.* 35.

Galium strigosum Bge. in *Nov. act. Upsal. VII.* 141, tab. 4 fig. 1—9.

Kyong-wi: Seoul Junio '85 fr. imm. (*Kalinowsky*); inter Seoul et Chemulpo 17 Mart. '94 ster.; prope Seoul: in declivitate meridionale montis Nansan 28 Mart. '95 (*Sontag*); in archipelago koreano: Port. Hamilton. (*Wilford*).

Distr.: Europa, Africa bor., Asia borealis et media nec non America borealis.

Galium verum L.

Cod. 869. — *DC. Prodr. IV.* 602. — *Maxim. in Mèl. biol. IX.* 265. — *Fr. et Sav. Enum. Enum. pl. jap. I.* 215. — *Franch. Pl. David. I.* 156. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 395. — *Cat. Tokyo* 93.

Kyong-sang: Fusan (*Wilford*); Kyong-kwi: Seoul Junio-Julio '86 fl. (*Kalinowsky*); Hon-tschu-wan 19 Octobr. '93 ster., ibidem prope montis Nanton 23 Octobr. 1893 fr. imm. (*Sontag*).

Distr.: Europa et Africa borealis Asia borealis usque ad Japoniam.

Asperula Platygali Maxim.

In *Mèl. biol. IX.* 267. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 395. *Rubia? gracilis* Miq. in *Ann. mus. bot. Lugd.-Bat. III.* 111. *Var. pratensis* Maxim. l. c. 268.

Kyong-kwi: Seoul Julio '86. fl. (*Kalinowsky*); in archipelago koreano: Long Reach (*Oldham Nr.* 523).

Distr.: Manshuria.

VALERIANACEAE.

Patrinia saniculaefolia Hemsl.

Ind. fl. sin. I. 397. (*Journ. Linn. Soc. XXIII*).

Kyong-kwi: in montibus prope Seoul (*Carles*).

Patrinia scabiosaefolia Fisch.

Ex Link Hort. Berol. I. 131. — DC. Prodr. IV. 624. — Ledeb. Fl. Ross. II. 427. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 216. — Franch. Pl. David. I. 158. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 397. — Cat. Tokyo 93.

Patrinia hispida Bge. Pl. Mongh.-Chin. Dec. I. 25. t. 3.

Patrinia parviflora S. et Z. Fl. Jap. fam. nat. n. 678. — Miq. in Ann. mus. bot. Lugd.-Bat. III. 115.

Kyong-kwi: Chemulpo (Carles) Inchhon August. '83 fl. (Dr. Gottsche).

Distr.: Dahuria, China et Japonia.

Patrinia villosa Juss.

In Ann. mus. Par. X. 311. — DC. Prodr. IV. 624. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 216. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 398. — Cat. Tokyo 94.

Patrinia ovata Bge. Pl. Mongh.-Chin. I. 23 t. 2. — Franch. Pl. David. I. 157.

Valeriana villosa Thbg. Fl. jap. p. 32 t. 6.

Kyong-kwi: Chemulpo (Carles); Seoul Junio '85 fl. (Kalinowsky).

Distr.: China et Japonia.

Valeriana officinalis L.

Cod. 254. — DC. Prodr. IV. 641. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. 217. — Franch. Pl. David. I. 158. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 398. — Cat. Tokyo 94.

In ripa occidentali peninsulae koreanae (Perry); in archipelago koreano: Herschel Island (Oldham Nr. 526).

Distr.: Europa, Asia borealis ad Japoniam.

COMPOSITAE.**Solidago Virga aurea L.**

Cod. 5336. — DC. Prodr. V. 338. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 228. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 406. — Cat. Tokyo 96.

Korea sine loco indicatione (Ex Forbes et Hemsl. l. c.); Kyong-kwi: Seoul: prope Tap-Tong 25 Aug. '95 fl. (Sontag).

Distr.: Europa Asia occidentalis et borealis: Sibiria, China, Japonia; nec non America borealis.

Aster altaicus W.

Enum. pl. h. Berol. 881. — Ledeb. Fl. alt. IV. 99. — Franch. Pl. David. I. 161. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 408.

Calimeris altaica Nees Gen. et Sp. Ast. 228. — Ledeb. Fl. Ross. II. 482.

Korea sine loco indicatione (Perry).

Distr.: Asia borealis et centralis: ab Afghanistan ad Sibiriam Dahuriam, Manshuriam nec non Japoniam.

Aster hispidus Thunb.

Fl. Jap. 315. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 225, et II. 396. — Franch. Pl. David. I. 160. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 412.

Heteropoppus hispidus Less. Syn. Comp. 189. — DC. Prodr. V. 29.

Calimeris hispida Nees Gen. et Sp. Ast. 227.

Aster biennis Ledeb. in Ind. sem. h. Dorp. suppl. I. et in Fl. alt. IV. 97.

Calimeris biennis Ledeb. Fl. Ross. II. 483.

Galatella Meyendorffii Rgl. Tent. Fl. Ussur. 81 t. 5 f. 2.

Kyong-kwi: Seoul Van-Tang-San 2 Juni '95 fl. (Sontag).
in archipelago koreano: Port Hamilton (Wilford
Nr. 663).

Distr.: Sibiria, Dahuria, China, Manshuria et Japonia.

Aster incisus Fisch.

In Mem. d. l. soc. Nat. de Mosc. III. 76. — Forbes et
Hemsl. Ind. fl. sin. I. 412.

Calimeris incisus DC. Prodr. V. 258. — Ledeb. Fl. Ross.
II. 482.

Boltonia incisus Benth. Fl. Hongk. 174. — Fr. et Sav.
Enum. pl. jap. I. 225. — Cat. Tokyo 96.

Kyong-kwi: Seoul Julio '85 fl. (Kalinowsky).

Distr.: Dahuria, Manshuria, China borealis.

Aster scabes Thunb.

Fl. jap. 316. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 224. — Forbes
et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 415. — Cat. Tokyo 97.

Biotia discolor Maxim. in Prim. fl. amur. 146.

Doellingia scabra Nees Gen. et sp. Ast. 183. — DC. Prodr.
V. 263. — Miq. in Ann. mus. bot. Lugd.-Bat. II. 169.

Korea orientalis (Perry); Kyong-kwi: Chemulpo
(Carles).

Distr.: Manshuria, China et Japonia.

Erigeron alpinus L.

Cod. 6253. — DC. Prodr. V. 291. — Ledeb. Fl. Ross. II.
490. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 418.

Phyong-an: jugum Schang-pai-shan 1.000–7.500' s. m.
(James).

Distr.: in regionibus arcticis et alpinis montium a Europa
occidentali ad Kamtschatkam nec non Americam borealem
(Rocky Mountains).

Gnaphalium Leontopodium L.

Cod. 6710 (sub n. Filago). — Franch. in Bull. s. bot. de France
v. XXXIX. 130.

Antennaria Leontopodium Gaertn. Fruct. II. 410.

β sibirica Franch. l. c. — G. Leontopodium forma sibirica
Herder Pl. Radd. monop. Bd. III. Heft II. 105.

Gnaphalium Leontopodioides W. Sp. pl. III. pars 3 p.
1893. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 243.

Leontopodium sibiricum Cass. Dict. XXV 475. et DC. Prodr.
VI. 276. — Franch. Pl. David. I. 162.

Kyong-kwi: Seoul (Dr. Gottsche).

Distr. var.: Sibiria, Mongolia, Manshuria, China, Himalaya
nec non Japonia.

Gnaphalium multiceps Wall.

Cat. 8949. — DC. Prodr. VI. 222. — Fr. et Sav. Enum.
pl. jap. I. 241. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 427. — Cat.
Tokyo 99.

Gnaphalium luteo-album L. v. multiceps Hook. f. Fl. Brit.
Ind. III. 288.

Kyong-kwi: Seoul (Dr. Gottsche).

Distr.: China, Japonia, Formosa, India borealis (montes
Himalayae et Khasiae).

Inula britannica L.

Cod. 6376. — DC. Prodr. V. 467. — Ledeb. Fl. Ross. I.
428. — Franch. Pl. David. I. 164. — Forbes et Hemsl. Ind.
fl. sin. I. 429.

var. chinensis Rgl. Fl. Ussur. 84.

Inula chinensis Rupr. in Maxim. Prim. Fl. Amur. 149. —
Debeaux Fl. Tchef. et Fl. Shangh. 35.

Kyong-kwi: Seoul Septembrio '86. fl. (Kalinowsky).

var. *japonica* Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. II.* 401. — Forbes et Hemsl. l. c. 429. — *Cat. Tokyo* 99.

Inula japonica Thunb. *Fl. Jap.* 318. — Fr. et Sav. l. c. I. 230.

Korea; loco non indicato (*Swinhoe*); Kyong-kwi: Seoul (*Dr. Gottsche*); in archipelago koreano (*Oldham* Nr. 405).

Distr. var.: China et Japonia.

Inula salicina L.

Cod. 6384. — DC. *Prodr. V.* 466. — Maxim. *Prim. fl. amur.* 149. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 430.

Inula involucrata Miq. *Prodr. fl. jap.* 103. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 233 et II. 401.

Kyong-kwi: montes prope Seoul (*Carles*).

Distr.: a Europa usque ad Chinam borealem et Japoniam.

Xanthium Strumarium L.

Cod. 7154. — DC. *Prodr. V.* 495. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 231. — Franch. *Pl. David. I.* 164. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 433. — *Cat. Tokyo* 100.

Kyong-kwi: Seoul Augusto '86 fr. imm. (*Kalinowsky*).

Distr.: in regionibus temperatis et tropicis totius orbis terrarum.

Siegesbeckia orientalis L.

Cod. 6516. — DC. *Prodr. V.* 495. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 231. — Franch. *Pl. David. I.* 164. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 433.

Korea: sine loco indicatione (*Webster*).

Distr. ut praecedente.

Bidens bipinnata L.

Cod. 6024. — DC. *Prodr. V.* 603. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 232. — Franch. *Pl. David. I.* 165. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 434.

Bidens pilosa L. v. *bipinnata* Hook. f. *Fl. Brit. Ind. III.* 309.

Kyong-kwi: Seoul Augusto '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: in regionibus temperatis fere totius orbis terrarum.

Bidens pilosa L.

Cod. 6023. — DC. *Prodr. V.* 597. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 232. — Debeaux *Fl. Tchef.* 79. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 435. — *Cat. Tokyo* 102.

Bidens chinensis W. et 3 *leucantha* W. *Sp. pl. III.* 1719.

Korea sine loco indicatione (*Carles*).

Distr.: ut praecedente.

Achillea ptarmicoides Maxim.

Prim. fl. amur. 154. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 233. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 437. — *Cat. Tokyo* 103.

Achillea sibirica Ledeb. v. *discoidea* Rgl. *Fl. Ussur.* 87.

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*); Kyong-sang: Fusan (*Wilford*).

Distr.: Manshuria, China borealis et Japonia.

Achillea sibirica Ledeb.

Ind. sem. h. Dorp. 1811. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap. I.* 233. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin. I.* 437. — *Cat. Tokyo* 103.

Ptarmica sibirica Ledeb. *Fl. Ross. II.* 528.

Achillea mongolica Fisch. in litt. ex DC. *Prodr. vol. V.* 42.

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*) Seoul Junio '86 fl. (*Kalinowsky*); Ham-Gyong: Gensan '89 fl. (*Dr. Epow*).

Distr.: Sibiria, Mongolia, China nec non Japonia.

Chrysanthemum coronarium L.

Cod. 6448. — DC. Prodr. VI. 64. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 236. — Franch. Pl. David. I. 166. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 437. — Cat. Tokyo 103.

Kyong-kwi: Seoul Julio '86 fl. (Kalinowsky).

Distr.: in regione mediterraneo. In Asia orientali saepe colitur et hinc inde efferatur.

Chrysanthemum indicum L.

Cod. 6440. — Thunb. Fl. Jap. 320. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 437.

Pyrethrum indicum Cass. in Dict. sc. nat. XLIV. — DC. Prodr. VI. 62. — Maxim. in Mél. biol. VIII. 516. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 235.

Kyong-kwi: Seoul Septembrio '86 fl. (Kalinowsky) Bacton (non procul urbem Seoul) 29 Octobr. '93 fl., Seoul prope viam ad Pekin ducentem 30 Octobr. '93 fl.; prope Tschanton 10 Novembr. '93 fl., Nacton 15 Novemb. '93 ster. (Sontag).

Distr.: China Manshuria australis et Japonia.

Chrysanthemum sibiricum Fisch.

In Turcz. Fl. Baic.-Dahur. II. 42.

Leucanthemum sibiricum DC. Prodr. VI. 46. — Ledeb. Fl. Ross. II. 541. — Maxim. Prim. fl. amur. 155.

Korea borealis (James); sine loco indicatione (Watters) Kyong-kwi: Seoul Septembrio '86 fl. (Kalinowsky).

Distr.: Sibiria Manshuria China borealis.

Chrysanthemum sinense Sabine.

In Trans. Linn. Soc. XIV. 145. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 439.

Pyrethrum sinense DC. Prodr. VI. 62. — Maxim. in Mél. biol. VIII. 517. — Franch. Pl. David. I. 167.

var. japonicum Maxim. l. c. 518. Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 234. — Cat. Tokyo 104.

Kyong-kwi: Hon-tschu-wan prope urbem Seoul 19 Octobr. 1893 flor. et defl. (Sontag).

Distr. var.: Japonia et ins. Lutschu.

Artemisia annua L.

Cod. 6137. — DC. Prodr. VI. 119. — Maxim. in Mél. biol. VIII. 528. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 238. — Franch. Pl. David. I. 169 et in Mem. soc. sc. nat. Cherbourg XXIV. 227. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 441. — Cat. Tokyo 104.

Kyong-kwi: Chemulpo (Carles Nr. 204) Seoul Augusto '86 fl. (Kalinowsky).

Distr.: a Europa orientali per Turkestaniam, Asiam minorem usque ad Himalayam, Chinam, Sibiriam, Manshuriam nec non Japoniam.

Artemisia capillaris Thunb.

Fl. Jap. 309. — DC. Prodr. VI. 126. — Maxim. in Mél. biol. VIII. 523. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 237. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 442. — Cat. Tokyo 104.

Kyong-kwi: Seoul Hon-Tschu-wan 19 Octobr. '93 (Sontag) specimina juvenilia.

Distr.: China, Japonia Manshuria ins. Sachalin et Kamtschatka.

Artemisia Keiskeana Miq.

Prolus. fl. jap. 108. — Maxim. in Mél. biol. VIII. 534. — Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 238. — Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 444. — Cat. Tokyo 104.

Artemisia vulgaris β stolonifera lusus b glabrescens Rgl. Fl. Ussur. 95.

Kyong-kwi: Chemulpo (Carles) Seoul, cacumen montis Nansan 20 Aprilii '94 ster. Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 ster. in trajectu prope urbem viam ad Pekin ducentem 25 Maji '94 ster. (Sontag).

Exempla *Sontagiana* paullo differunt ab originariis foliis caulibusque floccoso-tomentosis petiolis lamenis foliorum fere aequilongis v. paullo superantibus.

Distr.: Manshuria austro-orientalis et Japonia.

Artemisia scoparia W. et K.

Pl. Rar. Hung. I. 66 t. 65. — *DC. Prodr. VI.* 99. — *Maxim. in Mél. biol. VIII.* 523. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 257. — *Franch. Pl. David. I.* 167. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 445.

Korea ripa boreali-orientalis (*Perry*) Kyong-kwi: Seoul Augusto '83 (*Dr. Gottsche*).

A Europa ad Indiam borealem, Kamtschatkam et Japoniam.

Artemisia vulgaris L.

Cod. 6147. — *DC. Prodr. VI.* 112. — *Maxim. in Mél. biol. VIII.* 535. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 239. — *Franch. Pl. David. I.* 169. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 446. — *Cat. Tokyo 105.*

Korea sine loco indicatione (*Schlippenbach*); Kyong-kwi: Incheon Augusto '83 fl. (*Dr. Gottsche*) Seoul aetate '86 (*Kalinowsky*).

Plantae nostrae ad formam *lavendulaefolia* (*A. lavendulaefolia* DC.) pertinent.

Distr.: a Europa occidentali ad Kamtschatkam, Japoniam nec non ad archipelagam Malayanam.

Petasites japonicus Miq.

Prol. fl. jap. 380. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 446. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 447. — *Cat. Tokyo 105.*

Petasites spurius Miq. in *Ann. mus. Lugd.-Batav. II.* 168 (*non Rehb.*).

Kyong-kwi: montes a urb. Seoul ad meridiem (*Carles*) ibidem, Aprilio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: Japonia et China (prov. Hupeh).

Senecio aconitifolius Turcz.

In Bull. s. nat. de Mosc. 1837 n. 7. 155. — *Franch. Pl. David. I.* 176. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 449.

Cacalia aconitifolia Bge. *Enum. chin. 37.* — *DC. Prodr. VI.* 329.

Syneilesis aconitifolia Maxim. *Prim. fl. amur. 165 et 475 t. 8.* in *Mél. biol. IX.* 299.

Kyong-sang: port Fusan (*Wilford*); in archipelago koreano: Herschel Island et Long Reach (*Oldham Nr. 433*).

Distr.: Japonia, Manshuria, China bor.

Senecio argunensis Turcz.

Fl. Baic.-Dah. II. 2. 91. — *Maxim. in Mél. biol. VIII.* 15. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 450.

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

Distr.: China et Manshuria.

Senecio campestris DC.

Prodr. VI. 361. — *Maxim. in Mél. biol. VIII.* 15. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I.* 251. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I.* 451. — *Cat. Tokyo 107.*

Senecio pratensis DC., *S. glabellus* DC., *S. aurantiacus* DC., *S. Kirilowii* Turcz. et *S. subensiformis* DC. *Prodr. VI.* 360-363.

In ripa occidentali Koreae (*Perry*). Kyong-kwi: Seoul (*Dr. Gottsche*); ibidem Majo '86 fl. (*Kalinowsky*); ibidem inter Chemulpo et Seoul 17 Martii '94 ster., Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl., in ditione Seoulensi Pauck-Han 9 Maji '94 fl., in monte Yi-san 25 Maji '94 fl. (*Sontag*).

Distr.: Europa et Asia ad Japoniam et Indiam borealem.

Senecio Jamesii Hemsl.

Ind. fl. sin. I. 435. (*Jour. Lin. Soc. v. XXIII*).

Phyong-an: jugo Schang-pe-shan 1—7500' (*James*).

Senecio palmatus Less.

Syn. 392. (nec Pall.). — *DC. Prodr.* VI. 433.

Cacalia aconitifolia Miq. *Prodr. fl. jap.* 112, 361, 367 (nec Pall).

Senecio syneilesis Fr. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 458. —

Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 449.

Syneilesis palmata Maxim. in *Mél. biol.* IX. 300.

In archipelago koreano: (Oldham Nr. 432 nond. fl.).

Distr.: Japonia.

Echinops dahuricus Fisch.

Cat. h. Gorenk. 37 ex *DC. Prodr.* VI. 523. — *Franch. Pl. David.* I. 176. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 459.

Echinops Gmelini Ledeb. *Fl. alt.* IV. 45 in nota et *Fl. Ross.* II. 653.

Echinops sphaerocephalus Miq. in *Ann. mus. Lugd.-Batar.* II. 182. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 253 (non L.).

Korea loco non indicato (*Carles*); *Kyong-kwi*: Incheon, Augusto '83 defl. (*Dr. Gottsche*); in archipelago koreano: Green Island (*Oldham Nr.* 436).

Distr.: Sibiria, Mongolia, China, Japonia et Formosa.

Atractylis ovata Thunb.

Fl. jap. 306. — *Franch. Pl. David.* I. 177. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 256. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 459.

Atractylis chinensis DC. *Prodr.* VI. 549.

Kyong-kwi: montes prope urb. Seoul (*Carles*); in archipelago koreano: (*Oldham Nr.* 439).

Distr.: China, Manshuria et Japonia.

Carduus nutans L.

Cod. 5946. — *DC. Prodr.* VI. 623. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 257. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 460.

Kyong-kwi: Seoul Majo '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: Europa, Asia bor.

Cnicus japonicus Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 322. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I.

260. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 461.

Carduus acaulis Thunb. *Fl. Jap.* 306.

Carduus Maackii et *littorale* Maxim. *Prim. fl. amur.* 172, 173.

v. *Maackii* Maxim. in *Mél. biol.* l. c. 326.

Cirsium littorale v. *ussuriensis* Rgl. *Fl. ussur.* n. 294.

Kyong-kwi: Seoul Junio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr. huius var.: Manshuria.

Cnicus Segetum Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 333. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 463.

Cirsium segetum Bge. *Enum. chin.* 36. — *DC. Prodr.* VI. 643.

Carduus segetum Franch. *Pl. David.* I. 178.

Korea sine loco speciali (*Perry*) in archipelago koreano: port Hamilton (*Wilford, Oldham Nr.* 444).

Distr.: China et Manshuria.

Saussurea Bungei Benth. et Hook. f.

Ex *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 255. — *Franch. Pl. David.* I. 182.

Aplotaxis Bungei DC. *Prodr.* VI. 539.

Saussurea affinis Spr. in *DC. Prodr.* VI. 540. — *Hook. f. Fl. Brit. Ind.* III. 373. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 463.

Hemistepta lyrata Bge. in *Dorp. Jahrb. für Litt.* I. 221. — *Maxim. in Mél. biol.* IX. 334.

Korea sine loco indicatione (*Forbes et Hemsl. l. c.*); *Kyong-kwi*: Seoul Junio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: China, Japonia, Birma.

Saussurea japonica DC.

In *Ann. mus. Par.* XVI. 203. tabl. 9 et in *Prodr.* VI. 536. — *Maxim. in Mél. biol.* IX. 337. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.*

I. 225. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 464.* — *Franch. in Bull. herb. Boiss. V. 536.*

Saussurea pulchella Fisch. in *DC. Prodr. VI. 537.* — *Herder in Pl. Radd. III. 2. 50.*

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

Distr.: China, Japonia, India, Afghanistan, insulae archipelagi Malayani nec non Australia.

Saussurea odontolepis Schultz-Bip.

Ex Maxim. in Mel. biol. XI. 803. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 467.*

Saussurea pectinata β *amurensis* Maxim. *Prim. Fl. Amur. 171.*

Saussurea ussuriensis δ *odontolepis* Herd. *Pl. Radd. n. 173.*

Kyong-kwi; Chemulpo (*Carles*).

Distr.: Manshuria.

Serratula atriplicifolia Benth. et Hook. f.

Gen. pl. II. 475. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 469.*

Rhaponticum atriplicifolium DC. *Prodr. VI. 662.* — *Ledeb. Fl. Ross. II. 751.* — *Maxim. Prim. fl. amur. 175.* — *Franch. Pl. David. I. 183.* — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 262.*

In archipelago koreano: (*Oldham Nr. 464*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, China et Japonia.

Serratula coronata L.

Cod. 5930. — *DC. Prodr. VI. 667.* — *Ledeb. Fl. Ross. II. 756.* — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 263.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 469.*

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

Distr.: in Europa et Asia bor. a Russia europaea ad Japoniam.

Centaurea monathos Georgi.

Itin. I. 231. — *G. Beschreib. d. Russ. R. III. 4. 1263.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 470.*

Centaurea grandiflora Pall. *Itin. III. 237; 321.*

Rhaponticum uniflorum DC. *Prodr. VI. 664.* — *Ledeb. Fl. Ross. II. 715.* — *Franch. Pl. David. I. 183.*

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*); Seoul Majo '86 fl. (*Kalinowsky*); Thee-Mun-An-Tai-Kul 29 Aprilii '94 fl., Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl. (*Sontag*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, China bor.

Ainsliaea acerifolia Schultz-Bip.

In Pollichia XVIII. 188. — *Miq. Prol. fl. jap. 119.* — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 264.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 470.*

Ainsliaea affinis Miq. l. c.

Kyong-kwi: montes prope Seoul (*Carles*), ibidem Julio '86 nondum fl. (*Kalinowsky*); in archipelago koreano: Green Island (*Oldham Nr. 441*).

Distr.: Japonia.

Gerbera Anandria Schultz-Bip.

In Flora XXVII. 782. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 263.* — *Franch. Pl. David. I. 184.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 472.*

Anandria Bellidiastrum DC. *Prodr. VIII. 40.*

Anandria dimorpha Turcz. *Cat. Baic. n. 695.* — *Ledeb. Fl. Ross. II. 768.*

Korea loco non indicato (*Carles*); Kyong-kwi: Chemulpo 10 April. '89 fl. (*Dr. Bunge*); Seoul Aprilio '86 fl. (*Kalinowsky*) ibidem: Hut-Schu-Mian 19 Martii '94 fl., Arvia-Tai-Kol 23 Martii '94 fl., Schin-Ku-Kaï 18 Aprilii '94 fl., Thee-Mun-An-Tai-Kul 29 Aprilii '94 fl., Hut-Tschai-Meo 1 Maji '94 fl., Hon-Tschu-Wan 4 Maji '94 fl. (*Sontag*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, China et Japonia.

Crepis japonica Benth.

Fl. Hongk. 194 et Fl. Austr. III. 679. — *Miq. Prol. fl. jap. 122.* — *Maxim. in Mel. biol. IX. 346.* — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap. I. 271.* — *Franch. Pl. David. I. 185.* — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin. I. 475.*

Prenanthes japonica L. *Cod.* 5834.

Youngia japonica DC., *Y. Thunbergiana* DC., *Y. runcinata* DC., *Y. napifolia* DC., *Y. Poosia* DC., *Y. ambigua* DC., *Y. fastigiata* DC. et *Y. striata* DC. *Prodr.* VII. 192—194.

In archipelago koreano: port Hamilton (*Wilford*).

Distr.: a China et Japonia per archipelagum Malayanicum ad Australiam et per totam Indiam usque ad Afghanistan.

Hieracium umbellatum L.

Cod. 5876. — DC. *Prodr.* VII. 224. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 273. — Franch. *Pl. David.* I. 186. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin.* I. 477.

In archipelago koreano: Bate group (*Oldham* Nr. 463?).

Distr.: Europa, Africa bor., Asia ad Japoniam nec non Americam borealem.

Taraxacum officinale Web.

In *Wigg. Prim. fl. Holst.* 56. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 812. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin.* I. 478.

Taraxacum Dens leonis Desf. *Fl. Atl.* II. 228. — DC. *Prodr.* VII. 145.

v. *glaucescens* Koch. *Syn. fl. germ.* II. 492. — Hook. f. *Fl. Brit. Ind.* III. 401. — Asa Grey *Syn. fl. of N.-Amer.* I. 2. 440.

Taraxacum officinale v. *corniculatum* Koch. et Ziz. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 269.

Taraxacum corniculatum et *ceratophorum* DC. *Prodr.* VII. 146. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 813.

Leontodon ceratophorum Ledeb. *Ic. pl. fl. ross. t.* 34.

Kyong-kwi: Seoul Majo '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr. var.: Europa, Asia et Amer. borealis.

Lactuca debilis Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 365 et *Fragm. fl. As. or.* 29. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin.* I. 480.

Ixeris debilis A. Gray *Bot. Jap.* 397. — Franch. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 270.

Youngia debilis DC. *Prodr.* VII. 194.

Kyong-sang: Fusan (*Wilford* Nr. 909); Kyong-kwi: Seoul Junio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: China or., Japonia et Formosa.

Lactuca denticulata Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 359. — Franch. *Pl. David.* I. 188. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin.* I. 480.

Prenanthes denticulata Houtt. *Handl. pl. Kruidk.* X. 385 t. 66. f. 4.

Youngia hastata DC., *Y. dentata* DC. *Prodr.* VII. 193 excl. syn.

Ixeris ramosissima A. Gray *Bot. Jap.* 397 — *Miq. Prol. fl. Jap.* 122. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 271.

α *typica* Maxim. l. c.

Prenanthes hastata Thunb. *Fl. jap.* 301.

Kyong-sang: in portu Fusan (*Wilford*); Kyong-kwi: Seoul Septembrio '86 fl. (*Kalinowsky*); Ham-gyong: in portu Gensan 18 Juli '89 fl. (*Epow*).

β. *sonchifolia* Maxim. l. c.

Prenanthes sonchifolia Bge *Enum. chin. n.* 226 nec "W.

Youngia sonchifolia et *Y. serotina* Maxim. *Prim. fl. amur.*

Kyong-sang: circa portum Fusan (*Wilford* sub *Ixeride ramosissima*) Kyong-kwi: Seoul Majo-Junio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: China, Manshuria, Japonia.

Lactuca Raddeana Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 355. — Fr. et Sav. *Enum. pl. jap.* I. 269 et II. 417. — Forbes et Hemsl. *Ind. fl. sin.* I. 483.

Lactuca amurensis Herder III. 4. 29 nec Regel quoad pl. *Wilfordi*.

Kyong-sang: port Fusan (*Wilford* Nr. 915).

Distr.: Manshuria or., Japonia.

Lactuca repens Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 364 et in *Fragm. fl. As. or.* 29. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 483.

Ixeris repens A. Gray *Bot. Jap.* 397. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 271.

Nabalus repens Ledeb. *Fl. Ross.* II. 84. — *F. Schmidt Fl. Sachal.* 153.

Prenanthes repens L. *Amoen. Acad.* II. 360. t. 4 f. 23. — *Cod.* 5836.

Kyong-sang: port Fusan (Wilford).

Distr.: China, Manshuria, Japonia, Sachalin et Kamtschatka.

Lactuca squarrosa Miq.

Prol. 121. 362. — *Maxim. in Mél. biol.* IX. 353. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 270. — *Franch. Pl. David.* I. 187.

Lactuca amurensis Rgl. *Ind. sem. h. Petrop.* 1857 p. 42 et *Fl. Ussur. n.* 305. — *Maxim. Prim. fl. amur.* 178 et 473.

Lactuca brevirostris Champ. in *Hook. Kew. Journ. Bot.* IV. 237. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 479.

Kyong-kwi: Seoul Augusto '86 fl. (Kalinowsky).

Distr.: China, Japonia, Manshuria orientalis.

Lactuca stolonifera Maxim.

In *Mél. biol.* IX. 364. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 484.

Ixeris stolonifera A. Gray *Bot. Jap.* 396. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 271.

In archipelago koreano: Port Hamilton (Wilford).

Distr.: China or., Japonia.

Lactuca versicolor Schultz-Bip.

Ex *Herder Pl. Radd.* 29. — *Maxim. in Mél. biol.* I. 362. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 485.

Ixeris versicolor DC. *Prodr.* VII. 1. 151. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 269. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 847.

Prenanthes versicolor Fisch. in *Bog. Enum. chin.* 49.

Korea non loco indicato (*Forbes et Hemsl. l. c.*); KYONG-kwi: Seoul Majo '86 fl. cum fr. imm. (Kalinowsky), ibidem in declivitate boreali montis Nansan 28 Martii '94 fl.; in ipsa urbe 2 Aprilii '94 fl.; Schin-Ku-Kaŭ 18 Aprilii '94 fl. (*Saunders*).

Distr.: Dahuria, Manshuria, China et Japonia.

Prenanthes ochroleuca Hemsl.

Ind. fl. sin. I. 486. (*Journ. Linn. Soc.* XVIII).

Nabalus ochroleuca Maxim. in *Bull. Ac. Petersb.* VI. 376 (1871). — *Franch. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 274.

Kyong-kwi: Seoul (*Carles*).

Distr.: Japonia.

Scorzonera albicaulis Bge.

Enum. Chin. n. 230. — DC. *Prodr.* VII. 1. 119. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* I. 488. — *Maxim. in Mél. biol.* VII. 740.

Scorzonera macrosperma Turcz. in DC. *l. c.* 121 et *Fl. Baic. Dah.* II. 149. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 795. — *Franch. Pl. David.* I. 190. — *Forbes et Hemsl. l. c.*

Kyong-sang: port Fusan (Wilford Nr. 98); Kyong-kwi: Seoul Junio '86 defl. (Kalinowsky); in archipelago koreano: Hooper Island et port Hamilton (*William Nr. 45*).

Distr.: Sibiria austr.-oc., Manshuria, China borealis.

CAMPANULACEAE**Platycodon grandiflorus A. DC.**

Mon. Camp. 125. *Prodr.* VII. 422. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 275. — *Franch. Pl. David.* I. 183. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 5.

Wahlenbergia grandiflora Schrad. in *Cat. Hort. Goett.* 1814.

Campanula grandiflora Jacq. *Hort. Vindob.* III. 4 t. 2.

Korea loco non indicato (ex *Forbes et Hemsley l. c.*).
Kyong-kwi: Seoul Julio '86 fl. (*Kalinowsky*); Ham-gyong:
Gensan '89 (*Dr. Epow*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, China et Japonia.

***Campanula glomerata* L.**

Cod. 1312. — *DC. Prodr.* VII. 467. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 880. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 9.

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

Distr.: Europa, Asia borealis.

***Campanula punctata* Lam.**

Encycl. I. 586. — *DC. Prodr.* VII. 465. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 878. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 277. — *Franch. Pl. David.* I. 194. — *Bot. Mag. t.* 1723. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 10.

Campanula nobilis Lindl. in *Journ. Hort. Soc. Lond.* I. 232.

Korea in ripa occidentali peninsulae (*Perry*); Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

Distr.: Sibiria, Manshuria, China et Japonia.

***Phyteuma japonicum* Miq.**

Profl. fl. jap. 124. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 277. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 10.

Kyong-kwi: montes prope Seoul (*Carles*).

Distr.: Manshuria et Japonia.

***Adenophora remotidens* Hemsl.**

Ind. fl. sin. II. 12. (*Jour. Linn. Soc. v.* XXVI).

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*).

***Adenophora stricta* Miq.**

Profl. fl. jap. 124. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 279 et II. 124. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 13.

Kyong-kwi: Seoul Septembrio '86 fl. (*Kalinowsky*).

Distr.: Japonia.

***Lobelia sessilifolia* Lamb.**

In *Trans. Linn. Soc. X.* 260 t. 5. — *Ledeb. Fl. Ross.* II. 869. — *DC. Prodr.* VII. 380. — *Fr. et Sav. Enum. pl. jap.* I. 275. — *Forbes et Hemsl. Ind. fl. sin.* II. 4.

Kyong-kwi: Chemulpo (*Carles*) Seoul Septembrio '86 fl. (*Kalinowsky*); in archipelago koreano: Green Island (*Oldham Nr.* 492).


Distr.: Sibiria orient., Manshuria, Japonia et Kamtschatka.

Errores graviores


ulterius detecti.

- p. 3 lin. sinistr. 13; loco чань lege чанъ.
 p. 4 lin. dextr. 14; loco Baron lege Baro.
 p. 8 lin. sinistr. 27; loco чань lege чанъ.
 p. 10 lin. dextr. 4; loco liores lege litora.
 p. 16 lin. 26; loco cacumen lege cacumen.
 p. 16 lin. 31; loco latiseetis lege latiseetis.
 p. 19 lin. 20-21. loco connente lege continente.
 p. 25 lin. 16; loco distenguunt lege distinguunt.
 p. 29 lin. 15; loco glondulae lege glandulae.
 p. 40 lin. 22; loco firmum lege firma.
 p. 53 lin. 3; loco Mel. lege Mël.
 p. 69 lin. 11; loco Cat — Tokyo lege Cat. Tokyo.
 p. 74 lin. 30; loco Tun kwan Tai Kul lege Tun-Kwan-Tai-Kul
 p. 76 lin. 4; " " " " " " " "
 p. 84 lin. 21; loco (varr) lege (var.)
 p. 93 lin. 11; loco Mel. lege Mël.
 p. 96 lin. 6; loco meridionalis lege meridiana.

In foliis primo et secundo signum gallice accent aïgu dictum sub verba
Mélange omissum est.




Berberis koreana m.




1. Viola Rossi Hemsl.

2. Viola albida m.



Sisymbrium

Maximowiczii m.



Indigofera Kirilowi Maxim.

DIAGNOSES
ORCHIDEARUM NOVARUM IN CALIDARIIS

HORTI IMPERIALIS BOTANICI
PETROPOLITANI CULTARUM.

Cum 3 tabulis.

SCRIPSIT
JOANNES KLINGE,
botanices doctor.

„Acta Horti Petropolitani“ vol. XVII, fasc. I, № 2. 1898.

Diagnoses

Orchidearum novarum in calidariis Horti Imperialis botanici

Petropolitani cultarum.

Cum 3 tabulis.

Scripsit **J. Klinge** botanices doctor.

Tres fere anni praeteriti sunt, ex quo Orchidearum tropicarum et subtropicarum in calidariis Horti Imperialis botanici cultarum determinatio mihi est demandata. Quo temporis spatio quas novas species et varietates invenire mihi contigit, eae nunc publici juris sunt. Sed libri, qui ad hanc tantam et tam polymorpham generibusque uberrimam familiam pertinent, tot sunt tamque dissipati, ut, licet bibliothecam Horti botanici prope 30000 volumina complexam ad manum habuerim, tamen nonnullarum specierum a me descriptarum novitas dubitationi obnoxia videri possit; cui quidem difficultati quod mox grandi *Kraenzlini* v. cl. opere consulatur, optimis omnibus prosequimur. Ceterum intente cavi, ne synonymiam specierum hujus familiae, vel sic satis amplam, perperam augeam, et ad unamquamque speciem novam proximas species indicavi, quo facilius redderem harum rerum studiosis examen diagnoseon mearum. Diagnoses omnes in vivo descriptae et tabulae omnes ad naturam delineatae sunt. Florendi stylus vetus (ross.).

Aerides siamense sp. n.

A. caule 44 cm. alto; foliis ad 30 cm. longis ad 5 cm. latis lineari-oblongis equitantibus amplexicaulibus, carnosius viridibus; racemo multi-, densi-et grandifloro; ovario pedicellato; bracteis parvulis acutis; perigonii phyllis albidis, flavo-virente aspersis, apice dilute violaceo-lineatis, paululum flexuosis; sepalo postico ovato-rotundato, apice membranaceo denticulato, acuminato; sepalis lateralibus multo latioribus, e basi latissima semiovatis acutiusculis, basi cum processu columnae connatis; petalis lateralibus e basi angustiore oblongis, acuminatis; labello trifido, cum processu columnae articulado; laciniiis lateralibus lanceolatis, falcatis, obtusiusculis basi transverse violaceo-purpureo 4—6 lineatis; lacinia media angulato-subrotundata, subito cuneata, semipellucide lineata limbo undulato, denticulato violaceo-purpureo-punctulato, carina de calcaris ostio violaceo duplici in unam coadunata, violaceo-purpurea; calcare labelli laminam dimidiam subaequante, conico sursum arcuato apice obtuso, labello subpresso, flavo-virente asperso, violaceo-purpureo-punctulato; columna brevi-lactea, brunneo-marginata, nonnumquam violaceo-purpureo aspersa; gynizo cymbiformi lacteo ad ostium calcaris violaceo, marginibus prominentibus violaceis; pollinariis luteolis.

Proximum A. Houlettiano Rehb. f. (Xenia Orch. III. pag. 4—5, tab. 204) differt adnotationibus indicatis, et affine A. crispo Lindl. (Bot. Mag. tab. 4427.).—Accep. a Regnier a. 1892 e „Siam.“ Flor. Majo 1896 et 1897. — Icon. nostri: Tab. I. figurae omnes 1½ auctae; fig. 1. flos expansus antice; fig. 2. flos a latere in situ naturali; fig. 3. columna a latere; fig. 4. anthera et pollinarium; fig. 5. operculum a) a dorso, b) antice.

Catasetum rostratum sp. n.

C. scapo 50 cm. longo; foliis 6—8, 30—45 cm. longis 6—8 cm. latis, oblongis, apice acuminatis; spica 18 cm. longa, multiflora; perigonii phyllis conniventibus late oblongis concavis acuminatis apice recurvis, olivaceis intus dilute purpureas-

centibus vel dense purpureo-maculatis; sepalis undulatis apice marginibus involutis, petalis latioribus; labello sacciformi, subglobo, ventricoso, carnosio, marginibus lateralibus ciliatis extus dilute purpurascens et purpureo-punctato, intus purpureo-zonato; gynostemio dorsaliter anguloso, fronte concavo apice in rostrum unciforme longe producto, eirrhis elongatis deflexis, extus dilute purpurascens et purpureo-punctato.

Proximum C. maculato (Bot. Reg. 1840. Nr. 62.) et C. integerrimo (Bot. Mag. tab. 3823), sed differt labello ciliato, rostro et cirrhis majoribus et perigonii phyllis latioribus. — Accep. a Wolter a. 1894 sub *Catasetum* sp. e Costa Rica. Flor. 28. VIII. 1896 — Icon. nostri: Tab. II. fig. 22. flos totus

Cattleya bicolor Lindl.*olochellos* var. n.

Differt a specie typica apud cl. Lindl. (Sertum 1838. tab. V.) caule uni—trifloro; perigonii phyllis olivaceo-flavo-brunneis plus minusve maculis purpureis tectis, sepalis lanceolatis, duobus lateralibus acutis, petalis spatulatis obtusis undulatis ad basin revolutis; labello paene panduriformi paululum convexo, indiviso („indiviso“ Bot. Reg. vol. XXII (1836) n. 1919) lateribus sino nullo (ut in Serto tab. V.) amethystino-purpureo ad faucem stria mediana alba, parte antica dilatata rotundata retiusculo-emarginata minute crenulata, parte basali roseo-purpurascens columnae valde approximata.

Syn. C. Lietzei R. Regel in schedis. — Accep. a Lietze a. 1892 e Brasilia. Flor. 22. VIII. 1896. — Icon. nostri: Tab. I. fig. 6. flos integer antice.

Cattleya brasiliensis sp. n.

C. caule bifloro ad 35 cm. longo; foliis late lanceolatis ad 14 cm. longis ad 4 cm. latis; perigonii phyllis subaequalibus lanceolatis acuminatis ad 4 cm. longis (sepalo postico ad 5 cm. longo) 1.5 cm. latis, dilute olivaceis, dilute purpureo-aspersis, margine vires-

centibus, basi roseo-albescentibus punctulis purpureis sparsis; labello panduriformi, 3.5 cm. longo profunde trilobato albescente basi anticeque purpureo-striato, isthmo elongato 1 cm. lato convexo, parte antica e basi cuneata dilatata subcordata 1.8 cm. lata antice obtusa bilobata crenulato-dentata undulata margine subreflexo flavesciente lobis lateralibus basilaribus 2 cm. longis triangulare-subrotundatis albis basi dilute purpureo-asperis; columna semitereti alba dilute purpureo-aspera intus purpureo-striata.

Indermedia inter *C. bicolorem* Lindl. (Sertum. tab. V; Bot. Mag. tab. 4909) et *C. Aclandiam* Lindl. (Bot. Mag. tab. 5039; Bot. Reg. XXVI. tab. 48) sed lobis lateralibus omnino differt. An planta hybrida: *C. bicolor* + *C. Aclandiae*? — Accep. a Lietze a. 1891 e Brasilia sub „*C. bicolor*“. Flor. 13. IX. 96. — Icon. nostri: Tab. I. fig. 7. flos integer antice; fig. 8. labellum a latere.

Cirrhopetalum ciliatum sp. n.

C. pseudobulbis ovato-sphaericis subtetragonis; foliis ovato-oblongis crassis obtusis; scapo foliis longiore elongato gracili erecto; cyma 6flora erecta; perigonii phyllis fusco-virescentibus, ciliis margine intusque fusco-purpureis; sepalis lateralibus lanceolatis cohaerentibus maximis apice supremo abbreviato-acuminato, convexis cuspidatis, carneis purpureo-striatis basi purpureo-guttatis, sepalo postico mitraeformi antice aristato ciliato, petalis triangularibus acutissimis ciliatis; labello versatili linguiformi, recurvo carnosio ovato-acuminato; columnae angulis obtusis muticis; anthera minute papillosa.

Proximum *C. nutanti* Lindl. (Bot. Reg. 1839. Misc. pag. 71. n. 118) et *C. Anderssoni* Hook. f. (Icon. 1892. plate 2055), sed omnino differt. — Accep. a Linden a. 1896 sub nomine nudo „*Bulbophyllum cuspidatum*“. Flor. 24. VII. 96. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 15. inflorescentia antice; fig. 16. columna aucta cum labello recurvo a latere.

Cirrhopetalum pileolatum sp. n.

C. pseudobulbis ovato-rotundatis ad 1 cm. longis; scapo filiformi ad 4.5 cm. longo; foliis lineari-lanceolatis crassis ad 3 cm. longis; cyma 5flora suberecta; floribus pedicellatis pallide flavo-virentibus; sepalis lateralibus cohaerentibus calceiformibus basi purpureo-asperis et purpureo-striatis; sepalo postico pileolato purpureo-striato; petalis dilute purpureis obscureque purpureo-striatis; labello versatili ovato retuso obtuso; gynostemii columna bidentata apice dilute purpurea, gynizo flavo.

Accep. a Linden a. 1896 sub nomine nudo „*C. elegantulum*“. — Flor. 31. VII. 96. — Icon. nostri: Tab. I. fig. 9, inflorescentia antice; fig. 10. columna aucta cum labello retorto a latere.

Cimbidium Queeneanum sp. n.

C. pseudobulbis compressis 8—12 cm. longis imbricatis et basi bracteis imbricatis, 5—7-fere 6foliatis; foliis ensiformibus elongato-linearibus 25—65 cm. longis, ad 2.5 cm. latis, acutis, basi canaliculatis longe angustatis, apice planiusculis, racemum multiflorum superantibus; racemis 20—30floris, 35 cm. longis (cum scapo ad 55 cm. l.) pendulis valde laxifloris; bracteis brevissimis pallide marginatis; scapis, petiolis, ovariis et bracteis intense purpureo-brunneis; petiolo cum ovario 2.5 cm. longo; perigonii phyllis 14—15 mm. longis, obtusis sepalis 8 mm. latis ovalibus vel ellipticis patulis dilute flavo-olivaceis, pagina inferiori dilute purpurascete pallido-marginata; petalis 6 mm. latis elliptico-oblongis, erectis sepalis aequalibus; labelle 11 mm. longo trilobato stramineo; lobis lateralibus parvulis dentiformibus subacutis basi maculo purpureo; lobo medio linguiformi; paululum convexo, apice leviter ecarinato basi disco madescete croceo, (non carinato); columna 8 mm. longa cymbiformi, basi albo apice flavo.

Proximum *C. madido* Lindl. (Bot. Reg. 1839, Misc. 34 „ex India orientali“) differt notis indicatis. — Accep. a Persich a.

1883 sub *Cymbidium* sp. e Queensland. Flor. 17. III. 98. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 13. flos integer antice; fig. 14. columna aucta cum labello paululum expanso a latere.

Habenaria clavaeformis sp. n.

H. caule 15 cm. alto; scapo 4floro 3 vaginis in scapo amplexi caulibus ut bracteae basi hiantibus, fusco-roseis; foliis 4 rosulatis, oblongo-ovatis, acuminatis non maculatis; ovario cum pedicello 2 cm. longo rosco-fusco; floribus subcarneis interdum dilute punctatis; sepalis lateralibus majoribus ovatis subacutis 1 cm. longis patentibus, sepalo postico ovato naviculari 8 mm. longo obtuso; petalis minoribus triangularibus obtusis patulis; labello 2 cm. longo 2—5 cm. lato, trilobo, lobis lateralibus oblongo-obovatis antice rotundatis, lobo medio flabelato-rotundato, bilobo, in sinu obtuso-dentato; calcare 3—3.5 cm. longo angusto clavato arcuato; processibus stigmaticis longis, porrectis.

Proxima H. militari Rehb. f. (Gardn. Chron. 1886. II. pag. 518) differt adnotationibus indicatis et affinis H. carnea hort. (Gardn. Chron. 1891. II. pag. 729; Garden 1895. pag. 182; Garden and Forest 1891. pag. 487). — Accep. a Bergé a. 1895 e peninsula malayica (?). — Flor. 31. VIII. 96. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 11. flos integer antice; fig. 12. columna a latere.

Maxillaria Cepula Rehb. f.

pallida var. n.

Differt a M. Cepula Rehb. f. (Seemann, Bonplandia. III. 216; Saunders Refugium botan. 1882. II. tab. 104) pseudobulbis cylindricis striatis purpurascens; pedunculis vaginis amplis distichis triangularibus castaneis conjunctis punctulis maculatis; foliis angustioribus; floribus pallidis; perigonii phyllis acutis; labelli lobis lateralibus subrotundatis non denticulatis, lobo medio latiore.

Accep. a Bergé a. 1892 sub „*Comparettia rosea*“. Patria? — Flor. 11. III. 96. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 17. columna et labellum a latere.

Maxillaria guayanensis sp. n.

M. pseudobulbis aggregatis ovalibus subtetragonis. 7—10 angulatis diphyllis; foliis 10—16 cm. longis 4—5 mm. latis linearibus acutis inferne angustatis; pedunculis radicalibus (caulibus secundariis) erectis filiformibus unifloris fusco-purpureis, distanter vaginato-bracteatis, basi 1—3 squamatis; bracteis vaginantibus subacutis flavo-virentibus. dorso dilute purpureo-aspersis; floribus 3 cm. longis; perigonii phyllis subconformibus acuminatis stramineis, nervis intermediis purpuracentibus, sparse dilute purpureo-punctulatis; sepalis majoribus 15—17 mm. longis oblongo-lanceolatis, lateralibus patentibus; petalis angustioribus 14—15 mm. longis lineari-lanceolatis cum sepalo postico subconniventibus; labello perianthio brevioris trilobo oblongo, porrecto, ochroleuco cum 6—7 maculis intense purpureis, lobis lateralibus brevibus subincurvis columnam subinvolventibus obtusis purpureo-lineatis, lobo medio elongato bifido-emarginato undulato crispo; columna 8 mm. longa semicylindrica apice clavata arcuata, virescente dorso purpureo-striata; gynizo apice unituberculato, tuberculo tenuiter verrucoso.

Accep. a Lebeuf a. 1895 sub *Maxillaria* spec. e Guayana. Flor. Julio 1896. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 18. flos integer antice; fig. 19. columna aucta a latere.

Maxillaria setigera Lindl.

angustifolia var. n.

Differt a specie typica (Bot. Reg. 1845. Misc. n. 38; M. leptosepala Hook. in Bot. Mag. 1849. tab. 4434; M. callichroma Rehb. in Walp. Ann. VI. pag. 518.) foliis lineari-lanceolatis; petalis apice et basi fusco-purpureo-aspersis; labello profundius trilobato punctulis purpureis.

Accep. a Lehmann a. 1884 e Columbia occidentali. Flor. 18. VIII. 97.

Microstylis madagascariensis sp. n.

M. caule 20—30 cm. alto; pseudobulbis conico-cylindricis; foliis 4—5, 6—9 cm. longis 2—4 cm. latis, confertis patentibus recurvis ovatis ovato-lanceolatisve acuminatis, apice reflexo, margine undulatis, plicatis costato-venosis, maculatis, petiolo vaginante equitante; scapo gracili quadrangulati dilute violaceo, supra foliorum rosulam medio folio squamato lineari; racemo elongato, pyramidal-cylindraco, multifloro; bracteis lanceolato-linearibus, patentibus recurvis ovarium aequantibus, violaceis; floribus non resupinatis parvulis ad 9 mm. longis et ad 7 mm. latis, sordide fusco-violaceis, gemmis floriferis viridibus; sepalis oblongo-rotundatis, obtusis convexis binis lateralibus 3nerviis, petalis linearibus obtuse acutis; labello trilobo, lobis lateralibus auriculis oblongis conniventibus obtusis, lobo medio integro apice rotundato; columnae alis rotundatis.

Accep. a Hamelin a. 1893 e insula Madagascar. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 20. planta integra imminuta; fig. 21. flos antice valde auctus.

Pleurothallis flaccida sp. n.

P. scapo 18 cm. longo, parte florifera 9 cm. longo, flaccida compresso-filiformi, debili; foliis spatulatis subcrassis 4—6 cm. longis 1 cm. latis, apice emarginato-subdenticulatis; bracteis membranaceis hyalinis adpressis apice acutis; racemo subsecundo multifloro; floribus minutis ad 7 mm. longis; sepalis lateralibus cohaerentibus subsaccatis apice obtuse bidentatis nigro-purpureis, sepalo postico lanceolato acute-angustato, purpureo-striato; petalis multo minoribus linearibus obtusis striata mediana purpurascens; labello subpanduraeformi, purpureo columna aequilonga, apice bidenticulata, albescente.

Affinis *Crocodylanthi* Xiphizusa Rehb. f. (*Xenia* Orch. I. tab. VI, fig. I. 1—7, pag. 10) sed differt adnotationibus indi-

catis. — Patria? Flor. I. V. 97. — Icon. nostri: Tab. II. fig. 35 flos auctus cum sepalo postico retorto antice; fig. 3. flos integer a latere.

Polystachia quinqueloba sp. n.

P. pseudobulbis parvis, squamis vaginantibus tectis, monophyllis; caule bifloro; pedunculo cum ovario brevi; bracteis minimis squamaeformibus; foliis oblongo-lanceolatis, carnosissubtus dense purpureo-maculatis; floribus rectis, non resupinatis, olivaceo-flavescentibus; sepalis atropurpureo-aristatis lateralibus cucullatis punctis maculisque purpureis pictis, sepalo postico cymbiformi; petalis minutis patentibus oblongo-spatulatis, albo-marginatis; labello oblongo carnosissimo, convexo, maculis duobus purpureis, trilobo; lobis lateralibus ovatis rotundatis paululum inflexis, lobo medio majore reflexo, subtrilobo, albo-sericeo, paululum purpureo-punctato; columna cymbiformi.

Proxima et affinis *P. grandiflorae* Lindl. (Bot. Mag. tab. 3703), sed differt caule bifloro, bracteis minimis, foliis maculatis, petalis patentibus et lobo medio subtrilobo (non cordato-acuto). — Accep. ex horto bot. Imp. Mosquensi a. 1894 sub *P. grandiflora* Lindl. Patria: Sierra Leone (?). Flor. 9. X. 96. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 30. flos integer antice; fig. 31. flos a latere.

Sarcanthus pendulus sp. n.

S. caudice rhizomatoso ramoso-radicato subcompresso, flexuoso erecto, folioso; fibris intervallis foliorum vermiculari-elongatis teretibus tortuosis rugulosis; foliis plurimis 8—17 cm. longis 3—5 cm. latis alternis, semiamplexicaulibus, patentissimis crassis, ovato-lanceolatis, inaequaliter obtuse bilobis, obscure viridibus; scapo pendulo nigro-paleaceo; 1—2 bracteis sterilibus ovato-cylindricis vaginatis flavescentibus; bracteis fertilibus (singularibus) minutis lineari-lanceolatis acutis, gemmine multo brevioribus; spica multi-et densiflora, 16 cm. longa, 2.5 cm. lata pyramidal-cylindraco; floribus non resu-

pinatis, patentibus, fulvis; perigonii phyllis ovato-lanceolatis crassiusculis intus rubrofuscis stria mediana fulva, sepalis conniventibus, petalis minoribus; labello carnosio calcarato trilobo, lobis lateralibus erectis subrhomboideis, lobo medio rostello-capitato, clavato, porrecto; calcare praependente oblongo-conico, sub didymo-inflatiusculo, obtuso, bicamerato; columna subcylindracea erecta flava, apice obtuse bidentata, antice cum rostello medio.

Accep. ex horto bot. Imp. Mosquensi a. 1894 sub „*Sarcanthus* sp.“ Patria: Java. Flor. 25. IV. 97. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 32. columna aucta cum labello a latere; fig. 33. flos integer antice; fig. 34. flos a latere.

Stanhopea intermedia sp. n.

St. pseudobulbis oblongo-ovatis 6—8 cm. longis subcompressis, veteribus profunde longitudinaliter sulcatis; foliis ovato-lanceolatis utrinque attenuatis petiolatis 25—30 cm. longis 6—7 cm. latis, nervis 3 inter reliquos validioribus, scapo bifloro bracteis virescentibus; floribus ochroleucis basi dilute aurantiacis, fragrantibus; sepalis majoribus patentibus, sepalo postico ovato-lanceolato, binis lateralibus late-ovatis subrotundatis concavis reversis; petalis lanceolatis acutiusculis reversis, margine reflexis undulatis; hypochilio sessili semigloboso, intus non dentato, 4 cm. longo et 3 cm. lato dilute aurantiaco-asperso; mesochilii cornubus obtuso-ancipitibus angustis acutis incurvis; epichilio rhomboideo-rotundato, concavo; marginibus lateralibus revolutis, apice lacinia minutissima obtusa; columna 3—4 cm. longa 1.5—2 cm. lata, late alata, alis semirotundatis in alulas obtusiusculas distantes antrorsas transeuntibus; polinariis basi bidenticulatis.

Proxima et intermedia inter *St. Warscewiczianam* Klotzsch (Xenia Orch. I. pag. 119. II. pag. 85 et tab. 125) et *St. saccatam* Batem. (Orch. Mex. et Guat. tab. 15); a quibus differt labello, columna et aliis notis. — Accep. a Wolter a. 1895 sub „*St. saccata*“ e Mexico. — Flor. VIII—IX 1896. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 23. flos integer a latere; fig. 24. labellum superne; fig. 25. columna parte summa inferne.

Stanhopea oculata Lindl.

constricta var. n.

St. oc. var. *scapo* 4floro; foliis subcarnosis latioribus et brevioribus; perigonii phyllis flavis, nec maculatis, oculatis, nec punctulatis; hypochilio cymbiformi stramineo fauce transverse constricta intus violaceo-striata et maculata, extus utrinque maculo purpureo-violaceo; mesochilii cornubus lateralibus terebibus apiculatis acutis, epichilio cordiformi indiviso albido dilute subtiliterque violaceopunctulato brevioribus; columna apice alata, albida.

Affinis *St. guttulatae* Lindl. (Bot. Reg. 1843. Misc. n. 116, pag. 75. — Rchb. Xenia Orch. II. pag. 156, tab. 164. fig. I, II.) — Accep. a Lehmann a. 1887 e Mexico. Flor. 18. VI. 97. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 26. labellum a latere; fig. 27. labellum antice.

Stanhopea oculata Lindl.

geniculata var. n.

Differt a *St. oculata* Lindl. (Bot. Mag. tab. 5300; Bot. Reg. 1836. tab. 1800) scapo 5—6floro; perigonii phyllis pallide flavidis; hypochilii parte basali angustata elongata geniculata; columnae parte basali geniculata,

Accep. e Mexico a. 1889 sub *St. sp.* — Flor. 3. VII. 96. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 28. labellum et columna a latere.

Stanhopea Wardii Lindl.

flavescens var. n.


Differt a *St. Wardii* Lindl. (Sertum Orch. 1839. tab. 20) scapis trifloris; perigonii phyllis flavescentibus, basi aurantiaco-aspersis; hypochilio aurantiaco, mesochilio et epichilio ochroleucis.


Accep. ex horto botan. Imp. Mosquensi a. 1894. Patria? — Flor. VII. 1896.


Zygopetalum (Promenaea) ovatilobum sp. n.

Z. pseudobulbis ovoideis plano-compressis, tetragonis 1—2-foliatis, 10—15 cm. longis, 5—10 cm. latis; foliis anguste lanceolatis 25—40 cm. longis, 8—14 cm. latis, semicomplicatis, semipellucidis, dilute glaucis; pedunculis adscendentibus unifloris; bracteis ovatis, summa late-ovata cordata cucullata acuta membranacea, ad basin ovarii striati et jugati processu filiformi producto; perigonii phyllis lanceolato-ellipticis patentibus; petalis conniventibus ad 20 mm. longis citrinis; labello trilobo citrino, lobis lateralibus oblongis obtusis erectis brunneo-purpureo-punctatis, callo carnosio truncato volvato-emarginato, volva mediana obtuse terminata; lobo medio ovato integro 20 mm. longo; columna praelongata erecta subclaviformi, 20 mm. longa, antice subconca, basi tuberculo parvulo carnosio aucta, facie dense brunneo-purpureo-lineata.

Proximum *Z. xanthino* Rehb. f. (Walp. Ann. VI. 1863. pag. 659) differt: bracteis processu longiore et filiformi, foliis minoribus angustioribusque, perigonii phyllis angustioribus, labelli lobo medio integro ovato, callo non dentato carnosio volvato-emarginato, columna longiori et erecta. — Accep. a Lietze a. 1887 sub *Oncidium* sp. e Brasilia. Flor. 24. IV. 97. — Icon. nostri: Tab. III. fig. 29. flos a latere.







DACTYLORCHIDIS,

ORCHIDIS SUBGENERIS, MONOGRAPHIAE PRODROMUS.

I. Specierum subspecierumque synopsis et diagnoses.

SCRIPSIT
JOANNES KLINGE,
botanices doctor.

„Acta Horti Petropolitani“ vol. XVII, fasc. I, № 3. 1898.

Dactylorchidis

subgeneris synopsis et diagnosis.

Orchis (L. Genera, 1009, ex parte) Rich.

Genus perigonio ringente, phyllis subaequalibus rarius subdiversis integerrimis indivisis, omnibus vel tantum internis et saepe cum externo postico in galeam conniventibus; labello antico patente plano vel concavo, cum basi columnae brevissime connato, subtus et postice calcarato, integro vel diviso, plurimum trilobo; gynostemio brevi, aestivatione erecto, perigonii phyllis imbricatis tecto; stigmatidis fovea seu gynizo sub antherae insertione expanso, plano vel cavo; anthera tota ad columnam adnata, erecta axi floris parallela, basi auriculis (staminodiiis) binis, loculis contiguis parallelis, inferne accumbentibus cum processu rostellari interjecto basi bursicula communi conjunctis, vernatione labello convolutiva; pollinibus caudiculatis, caudiculis singulis basi glandula viscosa praeditis; bursicula (rostellum) unica, bilocularis glandulas duas sejunctas tegente; massis pollinis lobulatis elastice cohaerentibus, pedicellatis; ovariis sub anthesi fere semper contortis. Plantae terrestres, perennes tuberidiis ovato-globosis, cylindrico-fusiformibus vel palmatifidis; foliis subsucculentis, tactu mollibus, saepe maculatis; floribus in spicis pauci-vel multifloris.

Orchidis genus in subgenera duo a me dividitur:

1. Plantae tuberidiis ovato-globosis indivisis apice non attenuatis; bracteis membranaceis plerumque coloratis, nunc ovaria subaequantibus, nunc brevissime squamiformibus, nunc fere herbaceis simplicinerviis, rarissime inferioribus tantum retinerviis; perigonii phyllis cum reliquis externis lateralibus plurimum in galeam conniventibus, rarius patentibus vel reflexis;
subgenus **Euorchis** m.

2. Plantae tuberidiis nunc fusiformibus ovato-oblongis vel subcylindricis, integris, vel subintegris apice breviter dichotome palmatifidis, nunc subcylindricis interdum dilatatis vel compressiusculis profunde dichotome 2—7-palmatifidis, lobis fusiformi-attenuatis; bracteis herbaceis, subfoliaceis, saltem inferioribus retinerviis; perigonii phyllis externis lateralibus fere semper patentibus vel reflexis, internis, interdum cum externo postico, apice fornicato-conniventibus; labello plurimum trilobo, rarius subtrilobo, rarissime integro;
subgenus **Dactylorchis** m.

Subgenus **Dactylorchis** mihi.

Pl. tuberidiis nunc fusi-, dauci- et napiformibus integris apice longe attenuatis acutis vel apice breviter dichotome bi—trilobis, nunc ovato-oblongis subcylindricis subintegris vel apice breviter dichotome palmatilobis, nunc subcylindricis vel dilatatis compressiusculis plus minusve profunde dichotome 2—7-palmatifidis vel -partitis, lobis longe fusiformi-attenuatis in fibras teretiusculas elongatis; radicibus adventitiis cylindricis vel funiformibus, numerosis; caule 10—100 cm. alto, elato, gracili vel stricto, fistuloso, rarissime (tantum interdum ap. *O. maculatam* L. et *O. Traunsteinerii* Saut.) sub anthesi superne solido, superne plurimum subsulcato subangulatoque, basi vaginato-squamato, plurimum 4—7-foliato; squamis membranaceis paucis, acutis vel obtusis, satis accumbentibus, suprema interdum subfoliacea et ample vaginante; foliis dissitis vel basi approximatis, inferioribus plurimum late lanceolatis ad 20 cm. longis et basi vel ad medium vel apicem versus 2—6 cm. latis, anguste vel late vaginantibus,

saepe maculatis; summis lineari-lanceolatis acuminatis sessilibus erectis vel erecto-patulis plurimum bracteiformibus, spicae basin nunc superantibus, nunc ab ea multo distantibus; spica plurimum pyramidali-cylindracea, multi- et densiflora, interdum pauci- et laxiflora, longe bracteata; bracteis herbaceis subfoliaceis tri—plurinerviis, saltem inferioribus retinerviis, lineari-lanceolatis acuminatis interdum apicem versus subulatis, plurimum floribus longioribus, saltem basilaribus excedentibus; perigonii phyllis subaequalibus, rarissime subdiversis, lanceolatis, normaliter externis paulisper majoribus, internis brevioribus; externis lateralibus fere semper patentibus vel reflexis, internis, interdum cum externo postico, apice fornicato-conniventibus; labello forma variabili, normaliter latiore quam longo, e basi sensim vel statim dilatato, apice trilobo, subtrilobo, rarissime integro, producto, subplano vel convexiusculo margine plurimum crenulato; calcare nunc brevi conico-cylindrico, nunc elongato cylindrico, pendulo, descendente vel adscendente, rariusve horizontali; gynostemio brevi apice rotundato vel apiculato, perigonii phyllis externis dimidio brevioribus; gynizo subquadrato, vel suborbiculari, interdum cordiformi; anthera terminali erecta satis ovata biloculari, basi attenuata unisaccata, basi utrinque staminodiis duobus plus minusve papillosis satis magnis vel minutis; ovariis sub anthesi tortis, erectis, subcurvatis, rarius curvatis, subtrigonis costis distinctis (in alas productis ap. pl. hybridis) crassis, viridibus rarius coloratis; pericarpium epidermidis cellulis fere semper distincte striatis, antri cellulis epidermidis nunc punctatis vel punctato-striatis, nunc impunctatis, elongatis; placentae epidermidis cellulis semper impunctatis, rotundatis; pericarpium prosenchymate nunc impunctato-paucicelluloso membranarum tenuibus denique collapsis, nunc punctato-multicelluloso membranarum crassis persistentibus, cum antri epidermidis cellulis cohaerentibus; testae cellulis plurimum hyalinis, saepe lineis transverse spiroideo-reticulatis.

Habitat per Europam totam, Africae marginem septentrionalem cum insula Madera, Asiam fere omnem cistropicam et Americae septentrionalis partem occidentali-borealem: peninsulam Alaskam cum insulis.

Dactylorchidis

specierum subspecierumque synopsis.

A. *O. tuberidiis* fusi- dauci- et napiformibus integris, apice longe attenuatis acutis, rariusve apice breviter dichotome bi-trilobis; labello longiore quam lato; perigonii phyllis plurimum in galeam conniventibus, internis multo minoribus linearibus; calcare 4—8 mm. longo tenui pendulo incurvo; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis, immaculatis:

spec. *O. iberica* M. B.

B. *O. tuberidiis* ovato-oblongis, subcylindricis, subintegris, vel apice breviter dichotome palmatilobis, lobis saepius in fibras teretiuseculas plus minusve abrupte attenuatis; labello latiore quam longo; perigonii phyllis externis lateralibus patentibus, internis externis brevioribus basi latioribus, ovatis; calcare 8—25 mm. longo recto vel arcuato; ovariis plurimum arcuatis; foliis parte inferiori angustatis, immaculatis:

1. calcare descendente, plurimum 13—15 mm. longo; labello suborbiculari, subcordato, subquadrato, lobis lateralibus irregulariter lobatis dentatis vel integris, laminae nervis e fauce divergentibus; foliis plurimum 5, lanceolatis vel ovato-lanceolatis, normaliter dissitis:

spec. *O. sambucina* L.

II. calcare ascendente vel horizontali, 8—25 mm., plurimum 17—20 mm. longo; labello obtriangulo-rotundato vel subquadrato, lobis lateralibus productis obtusangulis vel obtusatis, lorum nervis rectangule insertis in labelli carinae nervis; foliis plurimum 7 linearibus vel anguste lineari-lanceolatis, normaliter congestis:

spec. *O. mediterranea* m.

a) calcare sub anthesi labelli latitudine duplo, saltem $1\frac{1}{2}$, ovario multo longiore, ad 25 mm. longo filiformi-cylindrico; labello ad 15 mm. lato, subrotundato, lobis lateralibus subobovatis, crenulatis, lobo medio subquadrato; spica plurimum laxiflora; testae cellulis lineis spiroideo-reticulatis:

subsp. *O. pseudosambucina* Ten.

b) calcare sub anthesi labelli latitudine summum 1—3 mm. longiore rarius brevior vel aequante, ovario nunc brevior nunc longior, vel aequante, ad 15 mm. longo:

1. calcare crassiore leviter curvato ad 15 mm. longo; labello ad 13 mm. lato subaequaliter trilobo, lobis subaequalibus, lateralibus suborbicularibus; spica densiflora vel laxiuscula; pericarpium prosenchymatis et epidermidis antri cellulis impunctatis; testae cellulis hyalinis:

subsp. *O. siciliensis* m.

2. calcare filiformi arcuato vel recto, ad 12 mm. longo; floribus minoribus; labello ad 8, rarissime ad 10 mm. lato, lobis lateralibus plurimum margine exteriori intermedio obtusangulo, basi denticulo obtuso minuto, lobo medio angustiore multo minore; spica plurimum densiuscula; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis; testae cellulis lineis spiroideo-reticulatis:

subsp. *O. georgica* m.

C. *O. tuberidiis* dichotome palmatifidis — partitisve compressiusculis, lobis plus minusve fusiformi-attenuatis; perigonii phyllis externis lateralibus patentibus vel reflexis, internis nunc cum externo postico, nunc sine fornicato-conniventibus:

* foliis a basi angustis sensim dilatatis, medio vel supremo latissimis; labello fere semper latiore quam longo:

I. labello transverse ovali vel oblongo, late vel rectangule cuneato statim dilatato, trilobato, lobis lateralibus plus minusve horizontaliter divergentibus extus satis distincte vel obscure tricenatis, rarissime subintegris (*Latifoliae verae*):

a) perigonii phyllis obtusis vel acutis, internis minoribus ovato-lanceolatis; calcare ovario brevior; labelli lobo medio brevi vel lato, obtuso vel rotundato, rarius acuto; foliis anguste vel late lanceolatis vel lanceolato-ovatis, ad medium latissimis:

1. lobis lateralibus rotundato-rhombeis margine exteriori distincte vel obscure trirenatis; testae cellulis lineis raris spiroideo-reticulatis; foliis summis plurimum non bracteiformibus, omnibus maculatis; tuberidiis fibris divergentibus:

spec. *O. latifolia* L.

α) labello plurimum 11 mm. lato et 7 mm. longo, lobis lateralibus plurimum profundius trirenatis, horizontaliter divergentibus; pericarpium prosenchymate paucicelluloso cellulis impunctatis membranis tenuibus sinuatis denique collapsis, antri epidermidis cellulis impunctatis; placentae epidermide ex omnibus partibus placentae nec non lamellarum evoluta; caule stricto ad 50 cm. alto; foliis ovato-lanceolatis obscure maculatis:

subsp. *O. majalis* Rehb.

β) labello plurimum 10 mm. lato et 6 mm. longo, lobis lateralibus plurimum obscure trirenatis; pericarpium prosenchymate multicelluloso membranis crassis cum antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus, placentae epidermide tantum ex faciebus lateralibus evoluta; caule gracili ad 70 cm. alto; foliis anguste-lanceolatis vel lanceolatis fusco-guttatis punctatisve:

subsp. *O. baltica* m.

2. lobis lateralibus rotundatis integris vel extus obscure trirenatis vel crenis intermediis distinctis, horizontaliter divergentibus; testae cellulis hyalinis; foliis late-vel ovato-lanceolatis, summis plurimum bracteiformibus; tuberidiis subcylindricis fibris non divergentibus.

spec. *O. Hatagirea* Don.

b) perigonii phyllis externis acuminatissimis vel aristatis, internis acutis vel acutiusculis; labelli lobis lateralibus subquadratis, subtriangularibus vel oblique suborbicularibus, subintegris vel extus obscure trirenatis, lobo medio acutissimo, aristato vel uncinato; calcare labello longiore, foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis, apicem versus latissimis:

spec. *O. aristata* Fisch.

II. labello apicem versus vel ad medium latissimo obcordato, suborbiculari, transverse-ovali, subcuneato trilobo rariusve subintegro; calcare conico-cylindrico ovario labelloque brevior; foliis lineari-lanceolatis vel linearibus, normaliter maculatis; testae cellulis hyalinis:

spec. *O. angustifolia* Rehb.

a) labello plurimum apicem versus latissimo, lobo medio fere semper producto; perigonii phyllis externis lateralibus externo postico atque internis

longioribus sed angustioribus; foliis brevioribus (7 — 10 cm. longis) erecto-patulis vel erecto-adpressis, infimis basin vel ad medium latissimis, acuminatis; plantis gracilioribus:

subsp. *O. Traunsteineri* Saut.

- b) labello ad medium latissimo, lobo medio plurimum imposito; perigonii phyllis externis lateralibus externo postico (saepe subcucullato) atque internis longioribus latioribusque; foliis longioribus (8 — 15 cm. longis) omnibus vel infimis tantum arcuatis vel recurvatis, rariusve leviter arcuato-patulis, infimis apicem versus latissimis, obtusis, subspatulatis; plantis robustioribus:

subsp. *O. Russowii* m.

III. labello basin versus latissimo subcordato subquadrato vel suborbiculari, breviter cuneato statim dilatato, subintegro rariusve subtrilobo, fauce subtusve holosericeo; calcare brevissimo, breviter conico basi ampliato; gynostemio semper apiculato; testae cellulis hyalinis; foliis inferioribus late-lanceolatis vel lanceolato-ovatis, normaliter maculatis:

spec. *O. monticola* m.

- a) perigonii phyllis inaequalibus, externis triangulari-lanceolatis longioribus, internis oblique ovatis, latioribus; calcare brevissimo; foliis distantibus, inferioribus fere semper apicem versus latissimis, plurimum basin versus angustatis vel subangustatis; plantis erectis:

1. labello cordato subcordato, 7—11 mm. lato; foliis inferioribus lanceolatis vel late-lanceolatis, basin versus plurimum longe angustatis, spatulatis; plantis gracilioribus:

subsp. *O. cordigera* Fr.

2. labello subquadrato vel subrotundato, 10—15.5 mm. lato; foliis inferioribus late-lanceolatis vel lanceolato-ovatis majoribus

latioribusque, basin versus subangustatis; plantis robustioribus, pulcherrimis:

subsp. *O. bosniaca* Beck.

- b) perigonii phyllis subaequalibus, triangulari-lanceolatis; calcare paululum elongato, interdum brevissimo; labello subrotundato-triquetro, subtrilobo, 8.5 — 13.5 mm. lato; foliis inferioribus brevioribus medium versus latissimis, distantibus vel superne approximatis, summis spicae basin semper superantibus:

subsp. *O. caucasica* m.

IV. labello obcordato, obcordato-pyriformi, subovali vel suborbiculari, plurimum latiore quam longo nunc integro nunc trilobo; perigonii phyllis externis lateralibus majoribus cum internis minoribus triangulari-lanceolatis basi latissimis, externo postico lanceolato fere medium versus latissimo obtuso saepissime subcucullato; foliis plurimum 6—8, a basi tertio quartove longissimis:

spec. *O. orientalis* m.

- a) calcare elongato ad 18 mm. longo nunc filiformi nunc crassiore, labello semper longiore; labello plus minusve longe cuneato, obcordato vel subovali; bracteis erectis, infimis erecto-patulis; floribus excedentibus labellis porrectis; testae cellulis hyalinis (Longecalcaratae):

1. pericarpium prosenchymate et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus; labello e basi plurimum anguste cuneato, interdum rhomboideo-rotundato (Orientales verae):

- a) labello plurimum 9—10 (ad 14) mm. apicem versus lato et 7—8 (ad 12) mm. longo; calcare plur. 11—14 (ad 18) mm. longo; foliis plurimum 6—7 ad 30 cm. longis basi approximatis vel confertis reflexis; plantis majoribus ad 80 cm. altis:

subsp. *O. turcestanica* m.

- β) labello plurimum 7—8 (ad 10) mm. basin versus lato et 6—7 (ad 8) mm. longo; calcare plur. 10 (ad 14) mm. longo; foliis plurimum 5, ad 10 cm. longis, plus minusve remotis tortuosis, leviter reflexis; plantis minoribus plurimum 15—20 (ad 25) cm. altis:

subsp. *O. salina* Turcz.

2. pericarpium prosenchymate paucicelluloso, cellulis impunctatis demum collapsis cum antri epidermidis cellulis impunctatis non cohaerentibus; labello plurimum 10—12 (ad 17) mm. plur. apicem interdum medium versus lato et 8 (ad 11) mm. longo, obcordato vel obovato-cuneato, trilobo rarissime subintegro; foliis plerumque dissitis, erecto-patulis, ad 24 cm. longis et ad 5 cm. latis:

subsp. *O. africana* m.

- b) calcare abbreviato ad 10 mm. longo, labello semper dimidio brevior raro rarissime subaequilongus; labello e basi plurimum late vel statim cuneato:

1. floribus excedentibus; labello leviter cuneato, rhomboideo-rotundato vel suborbiculato apice integro interdum subretuso rarissime subtrilobo, 9—14 mm. basin versus lato; foliis plus minusve dissitis, summis saepius non bracteiformibus; pericarpium prosenchymate paucicelluloso cellulis impunctatis demum collapsis cum antri epidermidis cellulis impunctatis non cohaerentibus; testae cellulis hyalinis:

subsp. *O. cilicica* m.

2. floribus plurimum non excedentibus; calcare brevissimo; pericarpium prosenchymate et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus:

- α) labello plurimum basin versus 11—15 mm. lato, e basi subito cuneato

orbiculari-cordato vel triangulari-orbiculari subintegro vel trilobo; foliis 8—9 ad 18 cm. longis plus minusve dissitis; placentae epidermidis tantum lateribus evoluta; testae cellulis hyalinis:

subsp. *O. osmanica* m.

- β) labello versus apicem vel interdum ad medium 10—17 mm. lato, basi late cuneato, transverse-ovali vel obcordato, trilobo; foliis 8—10 basi approximatis; placentae epidermide ex omnibus lateribus atque lamellis evoluta; testae cellulis parte basali et apicali lineis raris spiroideo-transversis:

subsp. *O. foliosa* Soland.

- V. labelli lobis lateralibus plus minusve oblique divergentibus subquadrangularibus, subrhomboideis vel subtriangularibus, lobo medio 2—6 mm. longo nunc lobis lateralibus subaequali nunc minore:

spec. *O. basilica* (L.).

- a) calcare 6—10 mm. longo gracili tenui subconico-cylindrico, labellum vix ad tertiam partem trilobum subaequante vel eo ovarioque minore; lobis lateralibus intermedio multo majoribus; bracteis subulatis normaliter flores non superantibus; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus; testae cellulis lineis dense spiroideo-reticulatis; foliis fere semper maculatis:

subsp. *O. maculata* L.

- b) calcare 8—15 mm. longo labelli latitudine semper longiore, plurimum sacciformi; bracteis flores aequantibus vel superantibus; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis, non cohaerentibus; foliis immaculatis:

1. labelli lobis omnibus subaequalibus; spica

elongata fusiformi, subdensa; testae cellulis lineis dense spiroideo-reticulatis:

subsp. **O. saccifera** Brogn.

2. labelli lobis lateralibus intermedio majoribus; spica late vel longe ovato-cylindrica, sublaxa; testae cellulis hyalinis:

subsp. **O. Cartaliniae** m.

* foliis a basi angustatis; labello nunc latiore quam longo nunc longiore quam lato:

- VI. labello rhomboideo vel subobcordato trilobo vel subtrilobo; calcare labello subaequilongo vel brevior conico cylindrico; floribus minoribus; testae cellulis hyalinis:

- a) labello semper latiore quam longo obcordato-rotundato vel rhomboideo-rotundato, plurimum apicem versus latissimo; spica plurimum truncata vel obtusata, cylindrica; foliis brevioribus plurimum 6—8 (ad 13) cm. longis, reflexis interdum leviter inflexis plus minusve remotis utrinque maculatis; pericarpium prosenchymate paucicelluloso cum antri epidermidis cellulis impunctatis non cohaerentibus:

spec. **O. cruenta** Müll.

- b) labello aequilongo vel longiore quam lato, rhomboideo vel rhomboideo-oblongo plurimum basin versus latissimo; spica obtusa vel acutiuscula; foliis suberectis cauli subparallelis apice cucullato-contractis, plurimum inferioribus approximatis, immaculatis; pericarpium prosenchymate et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus:

spec. **O. incarnata** L.

Dactylorchidis

specierum subspecierumque diagnoses.

O. iberica M. B.

O. iberica M. B. apud Willd. Sp. pl. IV. (1805) pag. 25. — Syn. *O. angustifolia* M. B. Taur. Cauc. II (1808) pag. 368. — *O. leptophylla* C. Koch in Linnaea XXII (1849) n. 19, pag. 282, pro parte. — *O. Natolica* F. et M. Ann. Sc. Nat. 1854, pag. 30, sec. Boissier, Fl. or. — *Gymnadenia angustifolia* Spreng. Syst. veg. III, pag. 693 (excl. synonym. Vill.); sec. Led. Fl. ross. — *G. ang.* Spreng. ap. Link. Handb. I, pag. 342; sec. Kränzl.

Icones: Rehb. fl. Icon. Fl. germ. XIII—XIV (1851), tab. 56, fig. III; tab. 154, tab. 155, fig. VIII.

O. tuberiidiis elongatis ad 8 cm. longis apicem versus plurimum sensim interdum plus minusve statim longe attenuatis, acutis, fusi-, dauci- et napiformibus integris vel apice dichotome breviter bi-trilobis; caule 15—70 cm., plurimum 30—40 cm. (apud pl. minores 15—25 cm.) alto, plus minusve elato gracili, interdum filiformi; foliis 3—7, plurimum 4, saepe 5, lineari-lanceolatis vel linearibus, plus minusve dissitis rarius 1—3 infimis approximatis, adscendentibus erectis, flaccido-erectis vel erecto-patulis, interdum graciliter arcuatis vel leviter incurvis, immaculatis; inferiorum a basi secundo longissimo primo multo longiore (rarissime tertio aequilongo) 15—30 cm. (ap. pl. min. 8—15 cm.) longo et, interdum cum primo, 0.6—1.8 cm. lato, plurimum ad medium

interdum apicem versus latissimo, inferioribus apice obtusis acutiusve, saepissime basi leviter angustatis, late breviterque saepe anguste, intermediis semper angustissime vaginantibus, plus minusve statim decrescentibus; summis sessilibus linearibus acuminatis erectis interdum erectopatulis, normaliter spicae basin non attingentibus, interdum cum intermediis superantibus (ap. form. hybridas foliis basilaribus plus minusve fasciculatis erecto-patulis vel patulis, brevioribus); spica 3—14 cm. plurimum 7—8 cm. longa, primum pyramidali deinde elongata, anguste cylindrica vel longe pyramidali-cylindrica, plurimum laxiflora rarius satis densiflora; bracteis lanceolatis vel lineari-lanceolatis plurimum parte basali leviter ventricosodilatatis apicem versus subulatis acuminatis subincurvis, floribus brevioribus ovaria superantibus rarius aequantibus; perigonii phyllis plurimum in galeam conniventibus interdum patulis textura tenui; externis ovato-oblongis vel oblongis obtuse acutatis vel acutiusculis, lateralibus 5.5—7.5 mm. longis et 3—3.5 mm. basi latis, postico 5—7 mm. longo et 2.5—3 mm. lato, internis minoribus 4—6 mm. longis et 1—1.5 mm. latis linearibus obtusis vel subacutis; labello 6.5—11 mm. plurimum 7—8 mm. longo et 5.5—10 mm. plurimum 6—7 mm. lato, normaliter longiore quam lato, e basi anguste cuneato sensim dilatato, subquadrato vel obcordato antice retuso emarginato superne plicato, trilobo; lobis lateralibus rectangulis, subtriangularibus vel subrotundatis interdum crenulatis; lobo medio minuto acute triangulari vel dentiformi; calcare 3—8 mm. plurimum 5—6 mm. longo ovario multum labello paululum brevior, anguste cylindrico tenui acuto descendente leviter incurvo; gynostemio latere subacuto; pericarpium pro-senchymate cellulis punctatis non collapsis atque antri epidermidis cellulis punctatis; testae cellulis hyalinis. — Floribus roseis vel pallide roseis, labelli disco albo purpureo-punctato.

Area geographica: regiones Mediterraneae orientales: peninsula Balcanica (Thessalia alt. 3000—3500 ped., Graeciae Kylene alt. 4000 ped.) peninsula Taurica, Transcaucasia, Asia minor (Syria m. Hermon alt. 6000 ped., m. Berydagh alt. 7000 ped.), insula Cypria, Mesopotamia, Armenia, Persia (alt. ad 9000 ped.). Crescit in pratis paludosis et turfosis, in uliginosis alpinis,

in humidis graminosis frigidioribus, ad rivulos. — Floret a Majo mense ad Augustum m., plurimum media aestate, Junio mense. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae praesertim cum *O. pseudosambucina* Ten, *O. saccifera* Brogn. et cum *O. orientali* m.

O. sambucina L.

O. sambucina L. Fl. Suec. ed. II. (1755) pag. 312; Spec. 1334; Syst. veg. pag. 810. Syn. *O. incarnata* Hall. Fl. helv. ed. II. pag. 36. — *O. latifolia* Scop. Fl. carn. II. (1772) pag. 197. — *O. mixta* β . *sambucina* Retz. Prodr. pag. 167; Scand. pag. 208. — *O. pallens* Moritzi (non L.) Fl. d. Schweiz, pag. 506 — *O. saccata* Rehb. Fl. exc. pag. 123: et cetera. —

Exclud: *O. sambucina* Brot. Fl. Lusit. I. pag. 21 = *O. pseudosambucina* Ten. an *O. siciliensis* m.; *O. sambucina* Clausson Exs. = *O. pseudosambucina* Ten. — *O. sambucina* M. B. Taur. Cauc. = *O. georgica* m. — *O. sambucina* C. A. Meyer, Ind. Cauc. = *O. georgica* m. —

Icones: Fl. danica tab. 1232 et 2737. — Swartz, Svensk Bot. VI (1809) tab. 362. — Rehb. Ic. pl. crit. IX (1831) fig. 1094, 1095. — Rehb. fl. Ic. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) tab. 60, fig. I, II. tab. 160, fig. III. — M. Schulze, Orch. Deutschl. (1894) tab. 22.

O. tuberiidiis ovato-oblongis subcylindricis fusi-vel napiformibus plus minusve depressis apice breviter dichotome 2—4-palmatilobis rarissime indivisis. in fibras teretiusculas plus minusve abrupte attenuatis; caule 15—25 cm., rarius ad 30 cm. rarissime ad 45 cm. alto, tereti, interdum angulato satis valido strictoque; vaginis amplis acutis; foliis 4—8 plurimum 5; inferioribus ad 15 cm. longis et ad 3 cm. latis, lanceolatis vel ovato-lanceolatis ad medium vel superius latissimis basin versus angustatis apice obtusis seu acutis, basi late vaginatis, summis minoribus sessilibus plurimum spicae basin attingentibus, saepe caule supremo nudo; omnibus dissitis interdum basin versus approximatis, erecto-patulis vel patentibus, immaculatis; spica 3—10 cm. plurimum c. 5 cm. longa ovata denique cylindraco-oblonga densiuscula, pluri-, rarius pauciflora; bracteis oblongis ratione foliorum nunc latioribus nunc angustioribus acutis, flores imprimis inferiores superantibus vel

aequantur; perigonii phyllis basin versus dilatatis apice obtusatis; externis lateralibus majoribus 8.5—10.5 mm. longis et 4—5 mm. latis, oblongis basi antice rotundatis patentibus reversis; externo postico 8—9.5 mm. longo et 3—4 mm. lato; internis minoribus 6—8 mm. longis et 4—5.8 mm. latis ovatis. basi antice obtusangulis, fornicatis; labello 8—14 mm. plurimum 9—11 mm. lato et 6—11 plurimum 7—8 mm. longo, latiore quam longo, nunc suborbiculari, subcordato, nunc subquadrato, fere semper distincte rarissime obscure trilobo; lobis lateralibus irregulariter lobatis, obtuse dentatis vel integris, margine crenulato subreflexo; lobo medio vario, ad 4 mm. longo, emarginato-subquadrato, acute vel obtuse triangulari, semiovato vel saepe minuto; labellis nervis omnibus plus minusve e fauce divergentibus; calcare 11—19 plurimum 13—15 mm. longo labelli latitudine semper longiore ovarium subaequante, conico-cylindraco obtuso descendente recto vel arcuato; gynostemio obtuso; gynizo subquadrato; staminodiis magnis; pericarpium prosenchymate et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus, pericarpium epidermidis cellulis semper dense striatis; testae cellulis lineis satis dense spiroideo-reticulatis omnibus anastomosantibus. — Floribus flavis (sulphureo-ochroleucis, ochroleucis, albis) vel purpureis (hyalinocarneis, roseis, dilute purpureo-roseis); labello purpureo fauce luteo purpureo-punctato, labello flavo purpureo-punctato; odore nunc subsambucino.

Area geogr.: Europa media et meridionalis: Fennia (insulae Alandiae et regio Aboensis), Livonia (insula Osilia), Scandinavia media et australis, Dania et insulae Faröer, Rossia media (Polonia, Volhynia et Podolia), Germania (in boreali rara), Austro-Hungaria (Tirolia alt. 4000 ped., Transsilvania alt. 3500 ped., Bosnia m. Bren alt. 4800 ped.), Helvetia, Gallia, Hispania borealis (Pyrenaei Arragoniae alt. 5500 ped.), Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica, Peninsula Balcanica (alt. ad 5000 ped.) et regio Danubialis; deest in Belgia olim foederata et in Magna Britannia. — Crescit in pratis pascuis et silvaticis apricis collinis montanis siccis et in regione subalpina, fere semper gregaria. — Floret ab Aprili mense ad Julium; plurimum prima aestate, Maio mense. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. pseudosambucina* Ten., *O. siciliensi* m., *O. maculata* L., *O. majali* Rehb.; hybridae in-

tragerae cum *O. pallente* L., *O. speciosa* Host; *O. mascula* L.; hybridae bigenerae cum *Coeloglossa viridi* Hartm. et *Serapiate Lingua* L.

O. mediterranea mihi.

Exclud. *O. mediterranea* Guss. syn. cum *O. palustri* Jacq. — Syn et icones vide apud subspecies.

O. tuberidiis ovato-oblongis vel cylindrico-fusiformibus apice attenuatis subintegris, nunc saepius inferne breviter dichotome 2—5-palmatilobis, lobis saepius in fibras teretiusculas plus minusve abrupte attenuatis; caule ad 40 cm. alto gracili vel satis stricto, teretiusculo vel inferne striato angulato sulcatoque; vaginis inferioribus amplis, suprema plurimum valde elongata, subacutis; foliis 4—13, imprimis 7; inferioribus ad 12 cm. longis et vix 1 cm. latis, linearibus vel anguste lineari-lanceolatis parte inferiori angustatis, subspatulatis, apice acutiusculis vel obtusis, cum intermediis congestis, rarissime plus minusve remotis; supremis 1—2 bracteiformibus in scapo superne nudo spicae basin normaliter non attingentibus, remotis; spica usque ad 13 cm. longa, cylindrica vel ovato-oblonga, rarissime comosa, pauci-vel multiflora, laxi-vel densiflora; bracteis lanceolatis, oblongo-lanceolatis vel oblongo-ovatis, obtusiusculis vel acutis, 3 (—5)-nerviis venosisque, erecto-patulis, flores aequantibus vel praecipue inferiores interdum duplo superantibus, rarissime eis brevioribus; perigonii phyllis ovato-oblongis obtusis; externis lateralibus 5—8 mm. longis et 3.5—4 mm. basi latis, oblique ovato-oblongis denique retroflexis; externo postico erecto vel apice extus flexo; internis brevioribus vel longitudine aequalibus, sed basi semper latioribus, 4.5—7 mm. longis et 4—4.5 mm. basi latis, margine anteriore inferne interdum obtusangulis, erecto-conniventibus; labello 8—15 mm. (apud f. minores 6—8 mm.) lato et 6.5—10 mm. (ap. f. min. 5—6.5 mm.) longo, fere semper latiore quam longo e basi plus minusve breve lateque cuneato et statim dilatato, subquadrato vel obtriangulo-orbiculari, porrecto, convexiusculo, trilobo; lobis lateralibus nunc productis obtusangulis, nunc omnino obtusatis, nunc margine exteriori subrectilineo subcrenatis vel subinte-

gris; lobo medio ad 3.5 mm. longo angustiori, nunc quadrato emarginato vel obtusato, nunc semiovato minuto, producto; lorum lateralium nervis horizontalibus rectangule insertis in labelli carinae nervis 2—4 perpendicularibus; calcare 8—25 cm. longo, labelli latitudine semper interdum duplo longiore, rarissime paulisper brevior, cylindrico, apice obtusato vel retuso, ascendente vel horizontali, recto vel arcuato; gynostemio angusto obtuso, apice saepe apiculato; processu rostellari antice sulcato; gynizo subquadrato angusto, altiore quam lato; ovariis arcuatis; testae cellulis lineis spiroideo-reticulatis anastomosantibus vel hyalinis. — Floribus luteis, ochroleucis, albis plurimum centro purpurascens, vel purpureis purpureo-roseis plurimum disco luteo.

Habitat per regiones mediterraneas fere omnes. — Crescit in regionis montanae collibus saxosis, pascuis, fruticetis et nemoribus. — Plantas hybridas vide apud subspecies.

O. mediterranea in tres subspecies sequentes a me dividitur:

1. subsp. *O. pseudosambucina* Ten.

Ten. Syn. ed. I. (1815) pag. 72.; Fl. Napol. II. pag. 284; Syll. pag. 456. — Syn: *O. romana* Seb. Syll. (1813) pag. 357 (spectat tantum ad var. *purpuream*). — *O. romana* Seb. et Mauri, Fl. Rom. Prodr. (1818) pag. 303. — *O. sulphurea* Spr. Syst. III. (1826) pag. 688.

Jcones: Seb. et Mauri, Fl. Rom. Prodr. pl. fasc. II, tab. IX. Rehb. fl. Jcon. Fl. Germ. XIII—XIV. (1851) tab. 61, fig. I et II.

O. tuberiidiis 2—4-subpalmatifidis; caule 15—35 cm. alto; foliis 4—13, plurimum 6—7, interioribus subspatulatis, congestis; spica 3—11 cm. plurimum 5—7 cm. longa plurimum laxiuscula; bracteis lanceolatis omnibus vel tantum infimis flores superantibus interdum brevioribus, viridibus vel nigrescentibus; perigonii phyllis externis 5—7 mm. longis et plurimum 4 mm. basi latis; externo postico apice extus flexo; internis 4.5—6 mm. longis et plurimum 4.5 mm. basi latis; labello 7—15 plurimum 10—12 mm. lato et 6—10 mm. longo suborbiculari, subquadrato; lobis lateralibus subovalibus crenulatis; lobo medio ad 3.5 mm. longo et basi ad 5 mm. lato, subquadrato obtuso subemarginato deflexo; calcare 13—25 mm. plurimum 17—20 mm. longo, sub anthesi labelli latitu-

dine duplo saltem dimidio, ovario multo, longiore, filiformi — cylindrico, plurimum apice retuso; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis; pericarpium epidermidis cellulis rare striatis; testae cellulis lineis transversis dense spiroideo-reticulatis anastomosantibus. — Floribus majoribus, luteis, flavis, ochroleucis, vel purpureis, violaceis.

Area geogr.: Italia australis, insula Ischia, Graecia, Serbia, Ottomania, peninsula Tauria, Asia minor (alt. ad 5400 ped.), insula Cypria, Syria. — Crescit in collibus aridis, ericetis et in umbrosis quercetis. — Floret ab Aprili m. ad Junium m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. sambucina* L., *O. iberica* M. B. et *O. saccifera* Brogn (?); hybridae intragenerae cum *O. pallente* L.

2. subsp. *O. siciliensis* mihi.

Syn. ex parte: *O. sicula* Tin. Rar. pl. Sic. fasc. 1. (1817) pag. 8; et *O. Markusii* Tin. ibidem, pag. 9.

O. tuberiidiis cylindrico-fusiformibus vel ovato-oblongis subintegris vel inferne breviter dichotome lobulatis; caule 15—40 cm. plurimum 20—25 cm. alto, angulato sulcatoque; foliis 4—12, plurimum 7—8, lineari-lanceolatis basi longe angustatis acutiusculis, congestis vel rarius remotis; spica 3—12 cm. plurimum 5—7 cm. longa, ovato-cylindrica, densiflora vel satis laxiuscula; bracteis lanceolatis imis flores saepe duplo superantibus, summis subaequalibus erecto-patulis; perigonii phyllis oblique ovatis obtusis; externis lateralibus 7—8.5 mm. longis et 3.5—4.5 mm. latis; externo postico 6—7.5 mm. longo et 2.5—3 mm. lato; internis 6—9 mm. longis et 3.5—5 mm. latis; labello 10—13 mm. lato et 6.5—9.5 mm. longo (apud f. minores 6—8 mm. lato et 5—6 mm. longo) porrecto subaequitrilobo convexiusculo, dorso pallide virente; lobis lateralibus subrotundatis intermedio paulisper latioribus aequilongis, subcrenulatis integrisve, concavis reflexis; lobo medio nunc emarginato, nunc rotundato; calcare 11—15 mm. (ap. f. min. 8—11 mm.) longo, normaliter labelli latitudine 1—3 mm. longiore rarissime brevior, cylindrico vel conico-cylindrico, crassiore, obtuso vel acutiusculo, arcuato vel subincurvo; pericarpium prosenchymate

paucicelluloso cum antri epidermidis cellulis impunctatis; pericarpium epidermidis cellulis rare striatis; testae cellulis hyalinis. — Floribus majoribus, luteis, flavis, „albo-pallentibus“ (Tin.), purpureis.

Area geogr.: Sicilia, Sardinia (Corsica?), Algeria: an in Hispania et Lusitania? — Crescit in saxosis calcareis, in pascuis et nemoribus montosis apricis et arenosis. — Floret Aprili, Majo (Algeria) mensibus. — Variat. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. sambucina* L.; hybridae variae certissime sunt: *O. Natalis* Tineo (Pl. rar. Sic. I. 1817, pag. 8), *O. Cupani* Todaro (Oreh. Siculae, 1842, pag. 56) et *O. fasciculata* Tineo (in Guss. Syn. Fl. Sic. II. 1844, pag. 875 vide icon. apud Rehb. fil. Jeon Fl. Germ. XIII—XIV. tab. 167).

3. subsp. *O. georgica* mihi.

Syn.: *O. sambucina* M. B. Fl. Taur. Cauc., non L.; — *O. sambucina* C. A. Meyer, Enum., non L. — *O. pseudosambucina* Ten. var. *caucasica* mihi in litteris et schedis. — *O. tenuifolia* C. Koch et *O. flavescens* C. Koch (Linnaea XXII, 1849, n. 17. et n. 18) ad varietates spectant.

Icones: Rehb. fil. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV, 1851, tab. 61, fig. III, et tab. 62, fig. I et II.

O. tuberidiis 2—5-palmatilobis, rarissime subintegris; caule 8—40 cm., plurimum 20—30 cm. alto (ap. f. minor. 8—10 cm. alto); foliis 5—13, plurimum 7—9, inferioribus subspatulatis, congestis, rarius omnibus plus minusve remotis et a spicae basi non distantibus (imprimis ap. f. minores); spica 3—13 cm. plurimum 5—7 cm. (ap. f. minores 3—4 cm.) longa, breviter oblonga, fere semper satis densiflora; perigonii phyllis externis lateralibus 6—8 mm. longis et basi 3.5—4 mm. latis, externo postico interdum subcucullato subaequalibus, internis 5—7 mm. longis et basi 4—4.5 mm. latis; labello 6—10 mm. plurimum 7—8 mm. lato et 5—6.5 mm. longo, subquadrato; loborum lateralium margine exteriori intermedio plurimum obtusangulo, basi denticulo obtuso minuto apice acuto vel obtusiusculo; lobo medio 1.5—3 mm. longo angustiore subquadrato vel oblongo, emarginato; calcar 8—12 mm. plurimum 9—10 mm. longo, labelli latitudine paululum longiore, vel aequilongo rariusve brevior, filiformi-cylin-

drico, arcuato vel recto; pericarpium prosenchymatis cum antri epidermidis cellulis punctatis; pericarpium epidermidis cellulis semper dense striatis; testae cellulis lineis transversis dense spiroideo-reticulatis anastomosantibus. — Floribus minoribus, purpureis, rubris, flavescentibus, ochroleucis, albis.

Habitat per Caucasi et Transcaucasiae regiones (an Perisiam borealem?) elevatione 1500—6000 ped. — Crescit in sitione montosa, in pratis alpinis turfosis, silvaticis, umbrosis inter frutela. — Floret ab Aprili m. ad Junium m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae praecipue cum *O. Carthalinae* m. et *O. incarnata* L.

O. latifolia L.

O. latifolia L. Sp. pl. pag. 1334 2; Mant. alt. pag. 486; Fl. Suec. n. 801. — Synonyma atque icones vide apud subspecies.

O. tuberidiis 2—6-palmatifidis compressiusculis, lobis divergentibus; radicibus adventitiis funiformibus; caule ad 70 cm. alto, stricto vel gracili, leviter angulato basi crassiusculo, ante anthesin jam fistuloso; vaginis paucis membranaceis acutis vel obtusis satis accumabentibus, suprema plurimum subfoliacea ample vaginante; foliis 4—7, plurimum 5, infimis fere semper plus minusve approximatis, omnibus erecto-patulis, patulis seu patentibus divergentibus; inferioribus anguste breviterque vaginantibus, a basi angustatis ad medium dilatatis, apice obtusis vel acutiusculis, cum intermediis ovato-oblongis vel lanceolatis, decrescentibus; summis sessilibus acutis haud omnino bracteiformibus, spicae basin nunc non attingentibus nunc superantibus, omnibus atroviolaceo-maculatis seu vittatis, vel fusco-gutatis punctulatisve; spica ad 12 cm. longa, ovato-oblonga, oblongo-cylindrica vel comosa, obtusata vel truncata, multi- et densiflora, interdum floribus imis paululum laxatis, vel rarius laxiflora; bracteis oblongis vel lanceolatis, supra basin dilatatis, acuminatis, erecto-patulis vel patentibus, infimis flores superantibus; perigonii phyllis externis lateralibus sub anthesi primariis patentibus denique reflexis, oblongis, ovato-oblongis vel ovatis, basi extus paulo latioribus, obtusis vel acutiusculis, internis obtusiusculis cum externo postico paulo brevioribus,

conniventi-erectis, ovato-lanceolatis, interdum basi antice oblique rotundato-dilatatis atque apice subcucullatis; labello transverso-ovali, semper latiore quam longo, ad medium latissimo, a basi late saepe rectangule cuneato statim dilatato, trilobato; lobis lateralibus divergentibus orbiculari-rhombeis vel oblique suborbicularibus, normaliter extus plus minusve distincte vel obscure tricrenatis vel tridentatis, crena intermedia maxima interdum crenulata; lobo medio brevior, lato, semiovato, ligulato vel subtriangulari, plurimum obtuso, rarius retuso emarginato; calcare conico, cylindrico, obtuso, descendente, recto, ovario normaliter brevior, rarius subaequilongo; gynostemio obtuso seu apiculato; gynizo subquadrato; ovariis sub anthesi plurimum subcurvatis; testae cellulis lineis raris subtilissime spiroideo-reticulatis, rarius anastomosantibus. — Floribus intense purpureis, purpureo-lilaceis, lilacinis, rariusve carnosius albescentibus vel albis, maculis punctis lineisque sigmoidibus pictis, inodoribus.

Habitat per Europam mediam et australem usque ad montes Uralienses atque per Sibiriam et Caucasi regiones usque ad Persiam borealem — Crescit in pratis uliginosis, fruticetis humidis et pascuis subalpinis. — Hybridis intra-subgeneras cum multis Dactylorchidis nec non intrageneras cum nonnullis Euorchidis speciebus subspeciebusque, rariusve bigeneras apertas vel in lucem proferendas vide apud subspecies. — Formae transitoriae inter subspecies *O. majalem* Rehb. et *O. balticam* m. (velut var. *Casparyi* m. in schedis) provincias Borussia occidentalem orientalemque praesertim incolunt.

O. latifolia L. in subspecies duas sequentes a me dividitur:

1. subsp. *O. majalis* Rehb.

O. majalis Rehb. Pl. crit. (1828) VI. pag. 7; Fl. germ. exc. (1830) pag. 126. — Syn.: *O. latifolia* L. var. *majalis* (Rehb.) Kittel (1844). Nyl. Spic. (1844), Cesati (1844), Richter (1863), Neill. (1866); etc.; *O. latifolia* Crantz var. *O. majalis* Neill.; *O. latifolia* L. ? praecox Lühr (1839). — *O. comosa* Scop. Carn. (1772). — *O. fistulosa* Mnh. (1794). — *O. latifolia* auctorum pro et ex parte. —

Exclud.: *O. latifolia* auctorum florum orientalis = *O. orientalis* m.

Jones (cum delectu): Fl. danica (1766) fasc. V. tab. 266. — Morren. Resp. ad quaest.: Quacritur. *O. latifoliae* descriptio (1827) tab. I—VI. — Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII.—XIV. (1851) tab. 50, 51, fig. II. — M. Schulze, Orch. Deutschl. (1894) tab. 21. —

O. tuberiis profunde 2—5-palmatifidis, dilatatis, fibris divergentibus; caule 15—50 cm. plurimum 20—30 cm. alto, plurimum stricto, obtuse polygono; foliis 4—6, plurimum 5, inferioribus ad 18 cm. longis et ad 4 cm. ad medium latis, a basi primo normaliter latissimo, secundo tertiove longissimis, ovato-oblongis, ovato-lanceolatis, rariusve rotundato-ovalibus, apice rotundatis, obtusis, intermediis acutis vel acuminatis, patulis vel patentibus divergentibus, infimo multo patenti, saepe recurvatis, plus minusve anguste vaginantibus, decrescentibus, supremis fere semper foliaceis, spicae basin non vel forsitan attingentibus rarissime superantibus, omnibus atro-purpureo-, vel violaceo-maculatis seu vittatis atque interdum marginatis; spica ad 12 cm. plurimum c. 6 cm. longa et ad 4.5 cm. lata, oblongo-cylindrica, vel oblonga; bracteis spicae apice nunquam comosis, plus minusve, praesertim basilaribus excedentibus, coloratis; perigonii phyllis ovatis, ovato-oblongis, obtusiusculis vel acutiusculis; externis lateralibus 7—9 mm. longis et 3.2—4 mm. basi latis; externo postico 6.5—8 mm. longo et 2.5—3.5 mm. lato, interdum apice subcucullato; internis minoribus 5.5—7.5 mm. longis et 3—3.5 mm. latis, interdum basi antice oblique orbiculari-dilatato; labello 9—14 mm. plurimum 11 mm. lato et 6—8 mm. plurimum profundius tricrenatis vel tridentatis; lobo medio normaliter brevi et basi dilatato, semiovato, late ligulato vel subtriangulari, interdum ad 3 mm. longo et paululum acutior, plurimum obtuso, suborbiculari rariusve emarginato; pericarpium prosenchymate paucicelluloso cellulis impunctatis, membranis tenuibus sinuatis denique collapsis; pericarpium epidermidis cellulis rarius striatis; antri epidermidis cellulis impunctatis; placentae epidermide ex omnibus lateribus placentae nec non lamellarum evoluta; testae cellulis seminis parte basali et apicali lineis raris spiroideo-reticulatis transversis. — Floribus purpureis, lilacinis vel rarius albis.

Habitat per Europam mediam, australem et occidentalem. Area geogr.: Scandinavia australis, Dania, Magna Britannia,

Belgia et Hollandia, Germania, Polonia occidentalis, Gallia, Helvetia, Austro-Hungaria, Peninsula Balcana, Italia (regio alpina et montana, excl. insulas), Hispania (in Arragoniae Pyrenaeis). — Crescit in pratis humidis, uliginosis et subalpinis. — Floret ab Aprili m. ad Julium m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae imprimis cum *O. incarnata* L., *O. maculata* L., *O. Traunsteinerii* Saut. et *O. sambucina* L., hybridae intragenerae cum *O. coriophora* L., *O. Morione* L., *O. palustri* Jacq., *O. purpurea* Huds.: hybridae bigenerae cum *Acerate antropophora* R. Br. et *Gymnadenia conopea* R. Br.

2. subsp. *O. baltica* mihi.

O. baltica m. sub *O. latifolia* L. subsp. *O. baltica* Klge ex schedis citata est apud Ed. Lehmann, Fl. von Polnisch-Livland, 1895, pag. 188 et apud N. Puring, Fl. des westl. Th. v. Gouv. Pleskau 1898, pag. 193.

O. tuberiidiis profunde 3—6-palmatifidis, fibris valde divergentibus; caule praecalto, 25—70 cm. plurimum 30—40 cm. alto, gracili, subflexuoso, rarius substricto; foliis 4—7, plurimum 5, angustioribus; inferioribus 10—20 cm. interdum ad 25 cm. longis et 1.5—3.5 cm. ad medium vel supra medium latis, a basi primo normaliter latissimo, secundo longissimo, lanceolatis, anguste-lanceolatis, rarissime latioribus obtusis vel acutis, basin versus interdum paululum angustatis, remotis, erectis vel erecto-patulis, rarissime leviter reflexis, a basi quarto, rarius tertio multo patentibus, nunc latius nunc angustius vaginantibus; intermediis acuminatis; summis spicae basin normaliter attingentibus vel superantibus, interdum bracteiformibus; omnibus minute fusco-guttatis vel punctulatis, rarissime immaculatis; spica 2—8 cm. plurimum 4—5 cm. longa et ad 3.5 cm. lato, ovato-oblonga vel comosa; bracteis erecto-patulis, basilaribus flores superantibus plurimum fere horizontali-divergentibus, nunquam arcuatis; perigonii phyllis latis lanceolatis vel ovatis, obtusiusculis vel acutiusculis; externis lateralibus 6—9.5 mm. longis et 3—3.5 mm. basi latis; externo postico 5.5—9 mm. longo et 2.5—3 mm. lato,

interdum apice subcucullato; internis minoribus, 5—8 mm. longis et 2.5—3 mm. basi latis, rarissime antice obtusangulis; labello 8—12 mm. plurimum 10 mm. lato et 4—9 mm. plurimum 6—7 mm. longo; lobis lateralibus plurimum obscure vel tri-suberenatis; lobo medio vario, nunc late-ligulato brevi, obtuso plano rarissime emarginato, nunc obtuse-subtriangulo, rarissime ad 3 mm. longo; calcare 6—9 mm. plurimum 7 mm. longo, labelli latitudine semper brevior sed longitudine longiore, aequante vel paulisper brevior; pericarpium prosenchymatis cellulis membranarum crassis cum antri epidermidis cellulis impunctatis et non cohaerentibus; pericarpium epidermidis cellulis striatis; placentae epidermidis cellulis tantum ex faciebus lateralibus evolutis; testae cellulis quam apud *O. majalem* sed rarius spiroideo-lineatis. — Floribus plurimum lilacino-purpurascens.

Habitat per Europam orientali-mediam, Asiam borealem temperatam atque Caucasi regiones. Area geographica: Borussia orientalis, Lithuania, Curonia, Livonia, Estonia, Ingria (prope Petropolim limes septentr.), Fennia (ins. Alandiae), Rossia media, Sibiria temperata omnis, Transcaucasia ad limes Persiae borealis. — Crescit plurimum gregaria in fruticetis humidis vel uliginosis, saepius in propinquo *O. cruentae* Müll., sed in locis siccioribus. — Floret Majo. Junio m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. incarnata* L., *O. maculata* L., *O. cruenta* Muell. et *O. Russowii* m.

O. Hatagirea Don.

O. Hatagirea Don. Prodr. Fl. Nepalensis, 1825, pag. 23; apud Wallich, List of East-India pl. 1828, n. 7062. — Syn.: *O. latifolia* Lindl. (non L.) β . *indica* Lindl., Gen. et Spec. of Orch. pl., 1830—1840, pag. 260.

O. tuberiidiis 2—4-palmatifidis, subcylindricis, subelongatis; fibris non divergentibus; caule praecalto, 30—55 cm. plurimum 40 cm. alto, gracili, subflexuoso; foliis 4—7, plurimum 5—6; inferioribus late-lanceolatis vel ovato-lanceo-

latis, 10—18 cm. longis et 2.5—4 cm. latis, apice obtusis interdum subrotundatis, lamina media latissima, breviter interdum latius vaginantibus, decrescentibus; summis lanceolatis vel lanceolato-linearibus, plurimum bracteiformibus, apice acuminatis, spicae basin non attingentibus vel superantibus; omnibus plus minusve erectis, adpressis vel erecto-patulis, plurimum remotis, interdum infimis paululum approximatis, immaculatis (an semper?); spica 4—20 cm. plurimum 6—10 cm. longa, oblongo-cylindrica vel ovato-oblonga, satis densi et multiflora; bracteis lanceolatis vel lanceolato-linearibus cuspidatis erecto-patulis, infimis flore semper interdum duplo longioribus; perigonii phyllis ovato-lanceolatis basin versus latissimis; apice obtusiusculis; externis lateralibus majoribus 7—8 mm. longis et 3—4 mm. latis; internis binis cum externo postico minoribus 5—6 mm. longis et 2—3.5 mm. latis; labello 8—12 mm. plurimum 10 mm. lato et 6—9 mm. plurimum 7 mm. longo, semper latiore quam longo, a basi late vel rectangule cuneato, subito dilatato, transverse ovali vel oblongo, trilobato; lobi lateralibus orbicularibus integris vel interdum extus suberenulatis vel crenis intermediis distinctis; lobo medio brevissimo lato obtuso vel orbiculari; calcare 8—12 mm. plurimum 10—11 mm. longo, ovariis brevior sed labelli longitudine longiore latitudine subaequali, conico-cylindrico, obtuso, descendente recto; gynostemio obtuso; gynizo subquadrato; pericarpium prosenchymatis cum antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus; testae cellulis hyalinis. — Floribus „purpureis *Orchidis latifoliae*“ (D. Don. l. c.).

Habitat per Himalayam austro-occidentalem (in regione temperata alt. 7000—11,000 ped.), Indiam boreali-occidentalem, Tibetiam et Kashmiriam. — Floret Majo et Junio m. — Variat. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. turcestanica* m.

O. aristata Fisch.

O. aristata Fisch. apud Lindley, Gen. et Spec. of. Orch., 1830—1840, pag. 262. — Syn.: *O. acuminata* Fisch. in Cat. hort. Gor. — *O. Chorisiana* Fisch. in sched. — *O. camtschatica* Cham. in Linnaea, 1851. — *O. latifolia* var. *Beeringiana* Cham. et Schlecht. in Linnaea III. pag. 26.; Hook. et Arn. in Bechey's Voyage, pag.

117; Fr. et Savon, Enum. II., pag. 29. — *O. latifolia* e) *uncinata* Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV. (1851) pag. 60. et Supplem. I. pag. 176. —

Icones; Rehb. fl. l. c. tab. 58 et tab. 170, fig. III.

O. tuberidiis cylindricis, profunde 1—4-palmatifidis, lobis elongatis fusiformibus; caule 8—42 cm. plurimum 20 cm. (apud f. minores 10—15 cm., ap. f. majores 30—40 cm.) alto, gracili, rariusve erecto, rarissime robustiore strictove; foliis 2—6, plurimum 4, saepe 3, interdum 2, 5, 6, dissitis; inferioribus ad 16 cm., plurimum 10 cm. (ap. f. minores ad 6 cm.) longis et ad 4 cm. plurimum 2—3 cm. apicem versus latis, a basi plurimum primo interdum secundo latissimis, lanceolatis vel ovato-lanceolatis, saepe ovato-rotundatis, basi angustatis, spatulatis vel subspatulatis, erecto-patulis, plurimum leviter recurvatis et paululum conduplicatis, apice rotundatis obtusis vel acutiusculis, anguste rariusve laxe vaginantibus; summis erectis lanceolatis acutis vel acuminatis basi breviter angustatis, ad medium latissimis, normaliter non bracteiformibus, cum intermediis spicae basin fere semper attingentibus vel superantibus; spica 2—14 cm. plurimum 4—6 cm. longa et ad 4.5 cm. lata, comosa, ovata, ovato-oblongata vel pyramidali-cylindrica, laxiuscula rariusve subdensa; bracteis erecto-patulis vel patentibus, infimis foliaceis, plurinerviis, ad 5.6 cm. longis et basi ad 1.6 cm. latis, lanceolatis acutis vel acuminatis floribus duplo triplove longioribus; perigonii phyllis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, basin versus latissimis; externis tribus aequalibus, nervii intermedi elongatione acuminatissimis vel aristatis apice subconvolutis flexis uncinatis; externis lateralibus subcurvatis, 9—15 mm. longis et 3—4.5 mm. basi latis; externo postico 8—13 mm. longo et 3—4 mm. lato; internis lanceolatis, interdum oblique triangulari-lanceolatis, 5—8 mm., plurimum 7 mm. longis et 2—4 mm. latis, tantum acutis vel acutiusculis; labello 6—11 mm. plurimum 8—9 mm. lato et 5—10 mm. plurimum 7—8 mm. longo, semper latiore quam longo, late cuneato, plus minusve statim dilatato, suborbiculari, subquadrato, transverse ovato, subintegro vel trilobo; lobis lateralibus subquadratis, subtriangularibus vel oblique suborbicularibus, subintegris, crenulatis dentatisque vel obscure tridentatis; lobo medio nunc minutis-

simo, nunc ad 5 mm. longo, triangulari, elongato, plurimum producto, acutissimo, acuminatissimo vel breve aristato, uncinato: apice inflexo seu reflexo; calcare 9—16 mm., plurimum 10—12 mm. longo, semper labello longiore, cylindrico, interdum saccato, rarius conico, apice obtuso rarius acutiusculo, crassiore incurvo, ascendente vel horizontali; gynostemio apiculato vel subrotundato; gynizo subquadrato vel subrotundato; testae cellulis hyalinis. — Floribus violaceo-purpureis, interdum lilaceo-carneis vel albis.

Area geographica: Sibiria orientalis, Kamtschatka, China orientalis (Omi, alt. 9000 ped.), Japonia centralis et borealis, ins. Sachalin, ins. Kurilae, ins. Commondorskienses, ins. Beerlingii, ins. Aleutae, Alaska, ins. Unalaschka, ins. Kadjak, ins. Sitcha. — Crescit in pratis et planis montanis humidis, in silvis et ad ripas. — Floret a Majo m. ad Augustum m. — Variat multum. — Planta hybrida bigenera cum *Perularia fuscescente* Lindl. non sine dubio est.

O. angustifolia Rehb.

O. angustifolia Rehb. Icon. pl. crit. IX, 1831, pag. 17. —

Exclud.: *O. angustifolia* Lois. Fl. Gall. ed. 2. pag. 267 = *Orchidis latifoliae* L. varietas sec. Koch, Syn. Fl. germ. et helv., 1844, ed. 2. pag. 793. — *O. angustifolia* Friès, Novit. III., sec. Celakovsky, Resultate d. Durchforsch. Böhmens, 1886. — *O. angustifolia* Wimm. et Grab., Fl. v. Schles. 1848. I. pag. 360 = *O. incarnata* L. — *O. angustifolia* M. B., Fl. Taur. Cauc. II. 1808, pag. 368 = *O. iberica* M. B. ap. Willd. Sp. pl. IV. 1805, pag. 25. — *O. angustifolia* Füss., in Baumgarten: Enum. stirp. Transs. Mantissa I. 1846, pag. 78 = *O. cordigera* Fr., sec. Porcius, Fl. exsicc. austro-hungarica № 1851 in schedis. — *O. angustifolia* Bge. Reliq. Lehm. pag. 504. = *O. turcestanica* m. — *O. latifolia* L. & *angustifolia* (F. Nyl.) Regel et Herder, Enum. pl. in regio Cis-et Transsiliensibus, 1869, pag. 106 = *O. turcestanica* m.

O. tuberidiis plurimum bipalmatifidis, interdum integris, subparvulis, novis plus minusve stipitatis, fidis praelongatis; caule gracili rarius stricto, 12—50 cm. alto, fistuloso rariusve solido; squamis basilaribus 1—3 acuminatis inter-

dum obtusatis, summa saepe subfoliacea maculataque; foliis 2—5, normaliter 4; inferioribus 7—15 cm. longis, a basi primo normaliter latissimo, secundo longissimo, linearibus vel linearilanceolatis, obtusis; acutis vel acuminatis, apice planis vel cucullato-contractis, anguste vaginantibus, plus minusve dissitis, canaliculatis, erecto-patulis vel recurvatis, decrescentibus; summis bracteiformibus, sessilibus, planis, normaliter apice a spicae basi distantibus, rarius eam superantibus; omnibus maculatis, rariusve immaculatis; spica plurimum 4—5 cm., interdum ad 9 cm. longa, cylindrica vel ovali, laxi et pauciflora, rariusve multiflora et subdensa; bracteis plurimum flore minoribus vel subaequalibus, linearilanceolatis, acuminatis, plurimum trinerviis reticulatis; perigonii phyllis basin versus dilatatis, externis lateralibus linearilanceolatis, externo postico et internis semper longioribus, acuminatis, patentiadscendentibus, maculatis; externo postico lanceolato, plurimum suberecto rarius apice subdeflexo; internis lateralibus conniventibus; labello transversali-ovali, suborbiculari vel subobcordato, subcuneato, plurimum 10 mm. lato et 7 mm. longo, fere semper latiore quam longo, trilobo, rariusve subintegro; lobis lateralibus plurimum crenulatis; lobo medio imposito vel producto, sub anthesi reflexo, integro, plurimum obtuso, interdum ad 3 mm. longo; calcare 7—10 mm. plurimum 8 mm. longo, conico-cylindrico obtuso, ovario brevior; pericarpium prosenchymate paucicelluloso, cellulis impunctatis, cum antri epidermidis cellulis non cohaerentibus; testae cellulis hyalinis. — Floribus purpureis vel lacte obscuro-purpureis, labello lineis distinctis punctulisque picto; pollinariis coeruleo-viridibus.

Habitat per Europam mediam et borealem. — Crescit in pratis et paludibus. — Floret plurimum initio Junii m. — Plantas hybridas vide apud subspecies.

O. angustifolia Rehb. in duas subspecies a me dividitur:

1 subsp. *O. Traunsteineri* Saut.

O. Traunsteineri Saut. Flora 1837, Beibl. pag. 36. — Syn *O. incarnata* L. c. *angustifolia* Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV, (1851) pag. 52. —

Icones: Rehb. pat. Icon. pl. crit. IX (1831) tab. 1140. — Rehb. fl. l. c. tab. 42. — M. Schulze, Orch. Deutschl. (1894) tab. 20.

O. tuberidiis 1—3-plurimum 2-palmatifidis; caule fistuloso vel solido, gracili, leviter subflexuoso, 12—30 cm. plurimum 20 cm., (apud pl. hybridas ad 50 cm.) alto; foliis 3—5, plurimum 4; inferioribus 7—10 cm. longis et 0.5 cm. latis, inter basin et laminam mediam normaliter latissimis (apicem versus apud formas in *O. Russowii* m. transitorias), linearibus vel anguste lineari-lanceolatis acuminatis, rarissime obtusiusculis, erecto-patulis vel adpressis (leviter recurvatis ap. f. transit.), plurimum apice cucullato-contractis; summis a spicae basi normaliter 1—3 cm. distantibus, bracteiformibus; omnibus maculatis rariusve immaculatis; spica 2—7 cm. plurimum 4 cm. longa (ad 12 cm. ap. pl. hybridas), rari- vel pauciflora, cylindrica elongata (densiuscula vel comosa ap. pl. hybridas et f. transitorias); bracteis floribus subaequantibus, interdum basilaribus longioribus, 3(5)-nerviis; perigonii phyllis 1—3-nerviis, externis lateralibus longioribus 8.5—12 mm. longis et 2.5—3 mm. latis, lineari-lanceolatis vel lanceolatis acuminatis, externo postico 8—11 mm. longo et 3—3.5 mm. lato, lanceolato obtusiusculo; internis lateralibus 7—9 mm. longis et 3—3.5 mm. latis, obtusiusculis; labello 8—12 mm. plurimum 10 mm. lato et 6.5—8.5 mm. plurimum 7 mm. longo, plurimum apicem versus latissimo, transversali-ovato, subobcordato (suborbiculari ap. pl. hybridas), lobis lateralibus integris vel leviter crenulatis, lateribus reflexis; lobo medio fere semper producto, obtuso, rarissime acuto; calcare 7—10 mm. plurimum 8 mm. longo, basi saccato-dilatato, ovario brevior, rariusve subaequante; gynostemio obtuso vel breviter apiculato; gynizo subquadrato; processu rostellari-lanceolato. — Floribus purpureis, labello lineis serratis subquadratis et punctulis picto.

Area geographica: Germania media et australis, Helvetia, Gallia orientalis, Austro-Hungaria, Italia alpina, (Scotia?). — Formae in *Orchidem Russowii* m. transitoriae Scandinaviam atque insulas Gotlandiam et Osiliam inhabitant. — Crescit in pratis paludosis. — Floret plurimum initio Julii m. — Variat. — Hybridae intrasubgenerae cum

O. majali Rehb., *O. incarnata* L., *O. maculata* L.; hybridae intragenerae cum *O. mascula* L., *O. laxiflora* Lam (?).

2. subsp. *O. Russowii* mihi.

Syn.: *O. Traunsteinerii* Saut et *O. angustifolia* Rehb. autorum Fl. ross., fenn., baltic. etc. — *O. angustifolia* Rehb. var. *Russowii* Klge, Revis. d. *O. cordig.* et *O. angustif.*, 1893, pag. 84, cum formis.

O. tuberidiis plurimum bifidis; caule in summa parte semper fistuloso, 20—50 cm. plurimum 25—35 cm. alto, gracili flexuoso vel erecto strictoque; foliis 2—5, normaliter 4; inferioribus 8—15 cm. longis et 0.5—1.5 cm. latis, a basi angustatis supra laminam mediam saepe sub antice latissimis (lamina media latissima ap. formas in *O. Traunsteinerii* Saut. transitorias) subspatulatis, linearibus vel lineari-lanceolatis, apice obtusis subrotundatis vel subcucullatis; summis spicae basin non attingentibus, interdum superantibus; omnibus vel tantum infimis arcuatis vel recurvatis rariusve leviter arcuato-patulis (erectis ap. pl. hybridas), plurimum falcato-complicatis, maculatis rariusve immaculatis, summis praecipue fuscopurpureo-marginatis; spica 3—9 cm. plurimum 5 cm. longa, ovali vel cylindrica (comosa ap. f. transitorias) plus minusve laxiflora, pauci-vel multiflora; bracteis flore minoribus, rarius aequilongis vel basilaribus paulisper longioribus; perigonii phyllis 1—5-nerviis, normaliter 3-nerviis; externis lateralibus 7—10 mm. plurimum 8 mm. longis et 3—4.5 mm. plurimum 3.5 mm. latis, lineari-lanceolatis acuminatis, subundulatis; externo postico 6—9 mm. plurimum 7 mm. longo et 2.5—3.5 mm. plurimum 3 mm. lato, lanceolato, obtusiusculo plurimum apice cucullato-contracto, rarissime subacuto; internis 5—8 mm. plurimum 6 mm. longis et 2—3.5 mm. plurimum 3 mm. latis, lanceolatis obtusiusculis rariusve acutiusculis; labello 8—12 mm. plurimum 10 mm. lato et 6—9 mm. plurimum 7 mm. longo, plurimum ad medium, interdum basin (imprimis ap. pl. hybridas) vel apicem versus latissimum, transversali-ovato, suborbiculari vel subobcordato (imprimis ap. pl. hybridas), trilobo, rariusve subintegro; lobis lateralibus concavis, plurimum crenulatis; lobo medio plurimum imposito, rariusve producto; calcare 7—10 mm. plurimum

8 mm. longo, ovario brevior, conico-cylindrico, basi paululum saccato; gynostemio rotundato vel rarius apiculato; gynizo cordiformi; processu rostellari lineari obtusiusculo; ovarii saepe alatis (ap. pl. hybridas). — Floribus intense purpureis dilute violaceo-asperis, fere inodoribus; labello lineis triangula duo inscripta atque duo circumscripta formantibus et punctulis picto.

Area geographica: Borussia orientalis, Lithuania, Curonia, Livonia (frequens), Estonia, Ingria, Fennia, Rossia media paene ad montes Uralienses. — Formae in *Orchidem Traunsteinerii* Saut. transitoriae insulam Osiliam, Estoniam occidentalem et Lapponiam inhabitant. — Crescit in paludibus et pratis fontilibus. — Floret a Junio m. ad initium Julii m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. maculata* L., *O. incarnata* L., *O. baltica* m., *O. cruenta* Müll.; hybridae bigenerae cum *Gymnadenia conopsea* R. Br.;

O. monticola mihi.

O. tuberiis 2—4-palmatifidis, lobis longe caudatis; caule 10—40 cm. plurimum 20 cm. alto, erecto vel leviter curvato, fistuloso, basi vaginato-squamato; foliis 2—6, plurimum 4—5, plus minusve dissitis vel interdum spicam versus superne confertis, plurimum erecto-patulis; inferioribus late-lanceolatis vel lanceolato-ovatis, plurimum anticem rarius laminae partem mediam versus latissimis, apice rotundato-obtusis vel acutiusculis, plurimum subspatulatis, plurinerviis; summis spicae basin nunc non attingentibus, nunc multo superantibus, erectis, plurimum bracteiformibus; omnibus nunc maculatis, nunc immaculatis; spica conico-cylindrica ovali vel comosa, apice subrotundata, laxiflora vel subdensa, plurimum pauci- et grandiflora; bracteis lanceolatis acuminatis, foliaceis, erecto-patulis vel patentibus, flores aequantibus vel interdum multo superantibus; perigonii phyllis plus minusve aequalibus, vel externis longioribus triangulari-lanceolatis, internis brevioribus, oblique ovatis, cum externo postico saepissime apice subcucullatis; labello latissimo ad 15.5 mm. lato et ad 11 mm. longo, latiore quam lato, e basi breviter cuneato statim dilatato, cordato, subcordato suborbiculari vel subquadrato, basin versus

latissimo, subintegro vel subtrilobo subtus vel fauce holosericeo, margine irregulariter repando, fimbriato, crenulato vel undulato rariusve integro; calcare brevissimo 5—10 mm. plurimum 6—7 mm. longo, ovario dimidio atque labelli longitudine fere semper brevior, breviter conico, basi ampliato; gynostemio semper apiculato; pericarpium prosenchymate paucicelluloso demum collapsio cum antri epidermidis cellulis impunctatis non cohaerentibus; testae cellulis hyalinis. — Floribus speciosis purpureis vel lilaceis.

Area geographica: Norvegia (Dovre-fjeld); Alpes Helvetiae et Salisburiae (rarissime), Hungaria, Galicia, Bukowina, Istria, Bosnia, Hercegowina, Serbia et Bulgaria; Caucasus, Transcaucasia, Asia minor. — Crescit in pratis et paludosis alpinis. Floret ab Junio m. ad Augustum m. — Plantas hybridas vide apud subspecies.

O. monticola m. in tres subspecies a me dividitur:

1. subsp. *O. cordigera* Fr.

O. cordigera Fr., Nov. Fl. suec., Mantissa III. pag. 130. — Syn.: *O. cruenta* Rochel (non Müll.), Pl. Banat. rar. 1828. pag. 31. — *O. cruenta* Retz. Prodr. Fl. scand. n. 1084. — *O. latifolia* L. var. *conica* Lindl. Orch. sic. (1830—1840) pag. 260. —

Icones: Rochel, l. c. tab. I, fig. 1. — Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) tab. 59, fig. 1 (pl. Heuffeliana), fig. 2 (pl. Rocheliana). — M. Schulze, Orch. Deutschl. 1894, tab. 21. b.

O. tuberiis tenue 2—4-palmatifidis; caule 10—25 cm. plurimum 15—20 cm. alto, erecto, graciliore, basi plurimum 2-vaginato-squamato; foliis 2—5 plurimum 3—4, plus minusve remotis; inferioribus 7—9 cm. longis et 1—2 cm. latis, lanceolatis vel late lanceolatis subspatulatis, anticem versus, rarissime ad medium latissimis, basi interdum valde angustatis, apice rotundato-obtusis vel acutiusculis, erecto patulis vel laxe recurvis, rarius recurvatis, saepe conduplicatis; summis erectis oblongis vel lineari-lanceolatis longius acuminatis, plurimum bracteiformibus, nunc spicae basin non attingentibus nunc superantibus; omnibus maculis parvulis transverso-rotundatis fusco-purpureis notatis, rarius immaculatis; spica 2—5 cm. plurimum 3—4 cm. longa,

laxiflora subdensave, pauciflora, cylindrica vel cylindrico-ovata; bracteis lanceolatis acutis vel breviter acuminatis, flores aequantibus vel basilaribus superantibus rariusve iis brevioribus; perigonii phyllis externis lateralibus erectis patentibus, triangulari-lanceolatis, 7—8 mm. longis et 2.5—3.5 m. basi latis, acutiusculis vel obtusis; internis brevioribus oblique ovatis, 6—7 mm. longis et 2—3 mm. latis, obtusis, cum externo postico plurimum subcucullatis; labello 7.5—11 mm. plurimum 8—9 mm. lato et 7—10 mm. plurimum 7—8 mm. longo, e basi breviter cuneato in laminam amplam basi latissimam plus minusve statim dilatato, cordato, subcordato vel subrotundato, integro, rariusve leviter trilobo; calcare 5—8 mm. plurimum 6—7 mm. longo, breviter conico, basi valde ampliato; gynizo plurimum oblongo subrotundato. — Floribus purpureis vel lilacineis saepe atropurpureis fauce intensius pictis.

Area geographica: Norvegia (Dovreffield alt. 2000 ped.), Helvetia (Triftthal), Salisburia (Hofgastein alt. 5000 ped.), Hungaria: Banatus et Transsilvania, Galicia. — Crescit in sphagnosis et paludosis alpinis, ad rivulos, in stationibus semper gregaria. — Floret ab Junio m. ad Augustum m. — Variat multum. — Hybridæ intrasubgenerae cum *O. incarnata* L. et *O. saccifera* Brogn.

2. subsp. *O. bosniaca* Beck.

O. bosniaca Beck, Fl. von Südbosn. u. Herzegow. in Ann. d. nat. hist. Hofmus. Wien, 1897, II. pag. 53 et Suppl. 1890. V. pag. 574. — Syn.: *O. cordigera* Fr. var. *bosniaca* (Beck) Klge. Revis. d. *O. cordigera* etc. 1893, pag. 28. — Reliqua syn. in varietates spectant. Icones: G. Beck, l. c. II. № 2, Tab. II.

O. tuberidiis profunde 2—4-palmatifidis; caule 15—30 cm. plurimum 18—25 cm., rarissime ad 40 cm. alto, erecto, saepius crassiore; foliis 3—6 plurimum 4—5, plus minusve dissitis erecto-patulis vel patentibus; inferioribus 7—13 cm. longis et 2.3—5.5 cm. latis, late ellipticis vel lanceolato-ovatis, apicem versus rariusve ad medium latissimis, apice rotundato-obtusis, basi subangustatis, vel non in vaginam longe

angustatis; intermediis 6—9 cm. longis et 2.2—3.2 cm. latis, ellipticis, rotundato-acuminatis, ad medium latissimis; superioribus longius acuminatis, plurimum bracteiformibus et spicae basin superantibus; omnibus nervis parallelis copiose oblique reticulatim conjunctis perductis, pulchre olivaceo-nigro-maculatis; spica 3—7 cm. plurimum 4—6 cm. rarissime ad 10 cm. longa et 3—4 cm. lata, ovata subdensa; bracteis lanceolatis acuminatis, flores longitudine aequantibus rarius infimis paulo longioribus, viridibus, superioribus purpurascens; perigonii phyllis externis patentibus erectis triangulari-lanceolatis subacutis vel obtusiusculis, 9—12 mm. longis et 4.5—6 mm. basi latis; internis brevioribus sed basi latioribus, 7.5—9.5 mm. longis et 5—6.5 mm. latis, oblique ovatis, obtusis, cum externo postico interdum subcucullatis; labello latissimo 10—15.5 mm. plurimum 12 mm. lato et 6.5—11 mm. plurimum 8—9 mm. longo, e basi breviter cuneato in laminam subquadrata antice rotundato-obtusam plurimum irregulariter repandam rarissime subtrilobam dilatato, subtus holosericeo; labellis amplis sese fere imbricantibus; calcare 3.5—10 mm. plurimum 6—7 mm. longo, breviter conico basi amplo; gynizo subquadrato. — Floribus speciosissimis obscure lilacinis vel purpureo-violaceis basin versus notatis; perigonii phyllis immaculatis; planta pulcherrima.

Area geographica: Transsilvania, Istria, Bosnia, Hercegowina, Serbia, Bulgaria, Macedonia. — Crescit in pratis alpinis humidis. — Floret Junio m. — Variat. — Hybridæ intrasubgenerae cum *O. incarnata* L., *O. saccifera* Brogn. (an *O. maculata* L?).

3. subsp. *O. caucasica* mihi.

Syn.: *O. cordigera* Fr. var. *caucasica* Klge apud W. Lipsky, Fl. Caucasicae imprimis Colchicae novitates, 1898, pag. 306. — *O. sambucina* autorum Florae caucasicae. — Synonyma reliqua in subgeneris varietates formasque spectant.

O. tuberidiis 2—4-palmatifidis robustioribus paululum dilatatis; caule 11—35 cm. plurimum 20—25 cm. (ap. pl. nanas 11—16 cm.) alto, plurimum curvato vel stricto, robustiore;

squamae summae vagina interdum valde elongata; foliis 3—6, plurimum 5, remotis vel ad spicae basin superne confertis vel approximatis, nunc erecto-patulis, patentibus, nunc rarius adpressis; inferioribus 4—6 cm. longis et 1.5—2.5 cm. latis, ad medium latissimis, late lanceolatis vel ovato-subrotundatis interdum apice acutis; plurimum basi non angustatis; supremis lanceolatis, bracteiformibus acuminatis, spicae basin semper superantibus; omnibus immaculatis rariusve maculis parvulis fusco-purpureis notatis (sec. pl. exsicc.); spica 2—8 cm. plurimum 4—5 cm. (ap. pl. nanas 2—4 cm.) longa, densiflora, comosa, conico-cylindrica vel cylindrica; bracteis lanceolatis basi valde dilatatis, erecto-patulis, patentibus, divergentibus, floribus infimis fere semper et multo vel duplo longioribus; perigonii phyllis subaequalibus, triangulari-lanceolatis acutiusculis vel acuminatis, basi paulisper dilatatis; externis longioribus 8—12 mm. longis et 3—4 mm. latis, internis brevioribus, 7—9 mm. longis et 3—3.5 mm. latis, cum externo postico interdum apice subeucullatis; labello 8.5—13.5 mm. plurimum 10—11 mm. lato et 7—10 mm. plurimum 8—9 mm. longo, e basi breviter cuneato statim in laminam subrotundato-triquetram, subtrilobam dilatato, margine irregulariter fimbriato, crenulato undulato, fauce holosericeo; calcare paulisper elongato, interdum brevissimo, 5—18 mm. plurimum 6.5—8 mm. longo, saccato-conico, ovarii dimidium et labelli longitudinem subaequante; gynostemio longe apiculato; gynizo subrotundato. — Floribus lilacino-purpureis.

Area geographica: Caucasus, Transcaucasia, Asia minor. — Crescit in pratis et paludosis alpinis, in stationibus m. Caucasi gregaria. — Floret Junio m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. Cartaliniae* m., *O. sacchifera* Brogn., *O. incarnata* L., *O. turcestanica* m.

O. orientalis mihi.

O. tuberidiis 2—6-palmatifidis compressiusculis; caule 10—90 cm. alto plurimum elato, fistuloso; foliis 4—16 plurimum 6—8, immaculatis (an omnibus?); inferioribus late vel lineari-lanceolatis, ad medium latissimis, a basi

tertio quartove fere semper longissimis, apice subrotundatis acutisve, nunc ad basin confertis nunc dissitis, erecto-patulis, reflexis, saepe conduplicatis laxe vaginantibus, decrepantibus, supremis erectis, lanceolatis acuminatis plurimum bracteiformibus erectis, spicae basin nunc superantibus nunc non attingentibus; spica 3—25 cm. plurimum 10 cm. longa, oblongo-cylindrica vel ovato-oblongata, laxi- vel densiflora plurimum multiflora, floribus labellis porrectis fere semper excedentibus; bracteis floribus longioribus erectis vel erecto-subpatulis, lineari-lanceolatis acuminatis, infimis flores superantibus; perigonii phyllis externis lateralibus patentibus vel reflexis, longioribus, cum internis triangulari-lanceolatis basi latissimis acutiusculis obtusiusculisve; externo postico lanceolato ad medium latissimo, obtuso vel subeucullato, lateralibus paululum brevioribus; labello obcordato, obcordato-pyriformi vel suborbiculato, fere semper latiore quam longo, trilobo vel integro; lobis lateralibus rotundatis plurimum crenulatis; lobo medio minuto interdum elongato, obtuso, plurimum imposito; calcare 6—18 mm. longo, labello nunc multum longiore nunc multum brevior, descendente, pendulo, elongato-cylindrico vel cylindrico-conico, saepe leviter reflexo; gynostemio subrotundato, interdum subapiculato; gynizo subquadrato; testae cellulis plurimum hyalinis. — Floribus plurimum majoribus, lilaceo- vel violaceo-purpureis.

Area geographica: Asia centralis, occidentalis et Asia minor, Mongolia, Sibiria montana, Caucasus, Africa borealis, insula Madera, Hispania et Lusitania. — Crescit in pratis paludosisque montanis alt. 3000—11000 ped. — Floret a Majo ad Julium m. — Variat permultum. — Plantas hybridas vide apud subspecies.

O. orientalis m. in 6 subspecies sequentes a me dividitur:

1. subsp. *O. turcestanica* mihi.

Synonyma in hanc subspeciem spectantia cum ejus variationibus conjuncta sunt.

Icones: Rehb. fil., Icon. Fl. Germ. XIII—XIV. (1851) tab. 162. fig. III (sub: *O. incarnata* L. var. *Kotschyi* Rehb. f.)

O. tuberidiis profunde 1—6-palmatifidis, compressiusculis, validissimis; caule 10—80 cm. plurimum 30 cm. (apud f. majores 50—80 cm., ap. f. alpinas 10—20 cm.) alto, plurimum erecto strictove; foliis 4—12 plurimum 6—7; inferioribus ad 30 cm. longis et ad 5 cm. latis (ap. f. brevifolias ad 10 cm. longis et ad 2 cm. latis) ad medium vel inter medium et basin latissimis, lanceolatis vel lineari-lanceolatis, rariusve ovato-lanceolatis, apice acutis vel obtusiusculis, plurimum 3—5 infimis ad basin confertis, rariusve omnibus plus minusve remotis, squarroso-patentibus, erecto-patulis vel recurvatis saepe conduplicatis, decrescentibus; summis spicae basin nunc superantibus, nunc non attingentibus; spica 3—25 cm. plurimum 10 cm. (ap. f. majores 15—20 cm., ap. f. alpinas 3—6 cm.) longa, elongato-cylindrica vel ovato-oblongata (comosa apud f. transitorias in *O. salinam* Turcz.), laxi- vel densiflora, grandi- vel parviflora; floribus multum exsertis; bracteis lineari-lanceolatis acuminatis erectis vel erecto-patulis, floribus plurimum longioribus; perigonii phyllis externis lateralibus 7—13 mm. plurimum 9 mm. longis et 2.5—4 mm. plurimum 3 mm. basi latis, cum internis triangulari-linearibus vel triangulari-lanceolatis acutiusculis vel acutis; externo postico 6.5—11 mm. plurimum 8 mm. longo et 2.2—3.5 mm. plurimum 2.5 mm. ad medium lato, lanceolato vel lineari obtuso, interdum subcucullato; internis 5.5—10 mm. plurimum 7 mm. longis et 2—3 mm. plurimum 2 mm. basi latis, suberectis apice vix attingentibus; labello 6—14 mm. plurimum 9—10 mm. lato et 6—12 plurimum 7—8 mm. longo (ap. f. parvifloras 6—8 mm. et 7—8 mm. longo), e basi plurimum anguste cuneato, sensim dilatato, obcordato, pyriformi, rhomboideo-rotundato, longitudinali- vel transverso-ovali, normaliter latiore quam longo, rariusve longiore quam lato, porrecto, plurimum apicem, rariusve medium, rarissime basin versus latissimo, breviter trilobo, subtrilobo vel integro; lobis lateralibus rotundatis integris rariusve subcrenulatis; lobo medio plurimum minuto obtuso rotundato imposito vel producto; calcare 9—18 mm. plurimum 11—14 mm. longo, labello semper longiore, cylindrico, descendente leviter curvato; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus. — Floribus lilacino-purpureis, rarissime albescentibus vel albis.

Area geographica: Tibetia (Himalaya, regio temper. alt.

7000—10000 ped.), Buchara, Pamir (Karakul alt. 6000 ped.), Afghanistan (alt. 7000—9500 ped.), Turcestania (Alau alt. 8000 ped., Sarawschan 7000—9000 ped. et f. alpin. ad 10—11000 ped.), Mongolia borealis et occidentalis, Soongaria, Persia, Transcaucasia, Caucasus (alt. 8800 ped.). — Crescit in regionis montanae humidis uliginosis et ad fontes et ripas. — Floret ab Junio m. ad Julium m. — Variat permultum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. incarnata* L., *O. Hata-girea* Don., *O. Cartaliniae* m., *O. caucasica* m.; hybridae bigenerae cum *Coeloglosso viridi* Hartm.

2. subsp. *O. salina* Turcz.

O. salina Turcz., Fl. baicalensi-dahurica in Bull. Mosc., 1854, II, pag. 81, n. 114. — Syn.: *O. incarnata* a *brevicalcarata* Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) pag. 53. — *O. latifolia* L. var. *salina* Trautv. Cat. pl. a Lomonossovio in Mong. or. lect. 1871, pag. 192. — Exclud.: *O. salina* Fronius. = *O. sambucina* L., sec. Simonkai, Enum. Fl. Transs., 1888. pag. 500.

Icones: Rehb. fl. l. c. tab. 43, fig. II, tab. 170, fig. II.

O. tuberidiis 3—5-palmatifidis; caule 12—25 cm. plurimum 15—20 cm., interdum ad 40 cm. (ap. f. majores) alto, gracili; foliis 5—8 plurimum 5; inferioribus lineari-lanceolatis vel linearibus, ad 10 cm. longis et ad 1.5 cm. ad medium latis (ap. f. majores ad 15 cm. longis et ad 2 cm. plus minusve partem basalem versus latis) a basi folio secundo cum tertio aequalibus longissimis, rarius tantum tertio, rarissime tantum secundo longissimis, erecto-patulis, plus minusve remotis vel paululum basin versus approximatis (ap. pl. hybridas cum *O. incarnata* L. basi saepe valde confertis) conduplicatis, tortuosis paululum reflexis; summis oraciformibus erectis spicae basin plurimum superantibus; spica 3—8 cm. plurimum 4—5 cm. longa, conico-cylindrica, laxi- et pauciflora (densi- et multiflora ap. pl. hybridas cum *O. incarnata* L.); bracteis lanceolato-linearibus acuminatis erectis non excedentibus; perigonii phyllis externis lateralibus 6.5—10 mm. longis et 3—4 mm. latis, cum internis anguste triangulari-lanceolatis basi latissimis, acutis acutiusculis rariusve obtusiusculis; externo postico 6.2—9 mm. longo et

2.5—3.5 mm. lato, lanceolato ad medium vel basin versus latissimo apice obtuso vel subeucullato; internis 5.2—8.5 mm. longis et 2.3—3.3 mm. latis; labello 6—10 mm. plurimum 7—8 mm. lato et 5.5—8 mm. plurimum 6—7 mm. longo, basin rariusve laminam mediam versus latissimo, semper latiore quam longo, e basi plurimum anguste cuneato suborbiculato, rhomboideo-subrotundato vel ovali, producto, nunc integro apice acuminato, rotundato vel subretuso, nunc subtrilobo; lobis lateralibus integris vel crenulatis; lobo medio dentiformi obtusiusculo, interdum productiore; calcare 8—14 mm. plurimum 10 mm. longo, cylindrico, ad apicem plus minusve acuminato, pendulo, (ap. pl. hybridas conico, acuto); pericarpii prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibus. — Floribus lilacino-purpureis.

Area geographica: Sibiria altaica, eis- et transbaicalensis et dahurica, Mongolia sinensis, Tibetia. — Crescit in locis humidis subsalsis et sabulosis et in pratis humidis. — Floret Junio m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae saepissime cum *O. incarnata* L., rarius cum *O. maculata* L. et *O. cruenta* Müll.

3. subsp. *O. africana* mihi.

Syn. ut *O. sesquipedalis* W., *O. Munbyana* B. et R., *O. Durandii* B. et R., *O. elata* Poir. etc. in hujus subgeneris varietates spectant.

Icones: Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) tab. 44, fig. 1, tab. 48.

O. tuberidiis 2—5-palmatifidis; caule 25—90 cm. plurimum 50 cm. alto, erecto, gracili vel crassiusculo; foliis 5—10 plurimum 6—7; inferioribus ad 24 cm. longis et ad 5 cm. latis, a basi normaliter tertio quartove (secundo apud *O. Durandii* B. et R.) longissimis, late vel oblonge lanceolatis obtusis vel acutis, erectis vel erecto-patulis, dissitis interdum basi plus minusve fasciculatis; summis spicae basin nunc superantibus, nunc non attingentibus; spica 6—22 cm. plurimum 10—15 cm. longa, laxi- vel densiflora, multi- vel rarissime pauciflora, late vel anguste elongato-cylindrica, rariusve ovata vel comoso-conica; bracteis infimis plurimum

excedentibus, perigonii phyllis lanceolatis vel lineari-lanceolatis; externis lateralibus majoribus, 10—15 mm. longis et basi 3.5—5 mm. latis, acutis; externo postico 8—13 mm. longo et ad medium 3—4 mm. lato, plurimum subeucullato; internis brevioribus et angustioribus, 7—11 mm. longis et basi 3—4 mm. latis, obtusiusculis; labello 7—17 mm. plurimum 10—12 mm. lato et 5—11 mm. plurimum 8 mm. longo, e basi valde cuneato flabellatim dilatato, obcordato, plurimum apicem, rarius partem mediam, rarissime basin versus latissimo, rarius subintegro, plurimum trilobo; lobis lateralibus integris vel crenulatis; lobo medio minuto vel late obtuso, interdum emarginato; calcare 10—17 mm. longo, normaliter labello multo longiore, elongato-cylindrico, tenui vel crasso subsaccato, rectiusculo descendente vel antrorsum subcurvato; pericarpii prosenchymate paucicelluloso demum collapse, cum antri epidermidis cellulis impunctatis non cohaerentibus. — Floribus majoribus, violaceo-purpureis.

Area geographica: Africa borealis: Tunesia, Algeria, Marocco; Europa: Hispania, Lusitania (et Gallia australis?). — Crescit in pratis et paludosis litoralibus et montanis et ad montium aquas. — Floret a Martio m. ad Majum m. — Variat multum. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. saccifera* Brogn.

4. subsp. *O. cilicica* mihi.

Syn. *O. incarnata* L. var. *olochelios* Boiss. Fl. or. V. pag. 71. in hujus subgeneris varietatem spectat.

O. tuberidiis 3—5-palmatifidis; caule 35—50 cm. (ap. f. minores 15—25 cm.) alto, erecto vel gracili; foliis nunc 4 (summis non bracteiformibus), nunc 5 (summis interdum bracteiformibus), inferioribus ad 14 cm. longis et inter partem mediam et basalem 3—4 cm. latis, a basi tertio longissimo, interdum secundo tertium aequante, late-lanceolatis vel oblongo-ovatis, obtusis vel obtusiusculis, plus minusve dissitis vel basi paululum approximatis, adpressis vel erecto-patulis, interdum leviter reflexis; summis spicae basin attingentibus vel superantibus; spica 6—11 cm. (ap. f. minores 3—5 cm.) longa,

ovato-cylindrica vel cylindrica, sublaxa (comosa ap. f. minores), floribus excedentibus; bracteis erectis, basilaribus flores multum superantibus; perigonii phyllis externis lateralibus 8—13 mm. longis et 3.5—4 mm. basi latis, obtusiusculis; externo postico 7—11.5 mm. longo et ad medium 2.5—3 mm. lato, interdum subcucullato; internis 6.5—10 mm. longis et 2—3 mm. basi latis, obtusiusculis; labello 9—14 mm. basin versus lato et 8—11 mm. longo, e basi leviter cuneato, orbiculari, rhomboideo-rotundato, integro, apice rotundato, obtuso, subretuso, vel rarissime subtrilobo; calcare 6—9 mm. longo, labello brevioris rariusve subaequante, late conico, pendulo vel apice obtuso paululum producto; pericarpium prosenchymate paucicelluloso demum collapsio cum antri epidermidis cellulis impunctatis et non cohaerentibus.

Area geographica: Cilicia, Persia borealis. — Crescit in pratis montanis humidis et ad margines silvarum, alt. 4000—6500 ped. — Floret a Majo m. ad Julium m. — Variat. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. saccifera* Brogn. et *O. osmanica* m.: — Formae transitoriae in *O. osmanicam* m.

5. subsp. *O. osmanica* mihi.

O. tuberidiis 3—6-palmatifidis; caule robustiore 50—85 cm. alto, erecto; foliis 8—9, inferioribus ad 18 cm. longis et ad 6 cm. ad medium latis, a basi tertio, quarto, interdum quinto longissimis, oblongo-ovalibus, obtusis vel subrotundatis, plus minusve dissitis, erectis vel erecto-patulis; summis pro parte bracteiformibus, spicae basin superantibus; spica 10—23 cm. longa, densa, conico-cylindrica vel ovato-cylindrica; floribus nunc non, nunc excedentibus; bracteis erecto-patulis, floribus longioribus, infimis multo excedentibus; perigonii phyllis externis lateralibus 9—14 mm. longis et 4—5 mm. basi latis, cum internis late triangulari-lanceolatis, obtusiusculis vel acutiusculis; externo postico 8—12 mm. longo et ad medium 3—4 mm. lato, late lanceolato apice obtuso vel subcucullato; internis 7—11 mm. longis et 2—3.5 basi latis; labello 11—15 mm. basin vel

interdum partem mediam versus lato et 8—12 mm. longo, e basi late cuneato plus minusve statim dilatato, rotundato-cordato vel triangulari-rotundato, crenato, sinuato, dentato, interdum flabelliformi-conduplicato vel basi sublobato, apice subintegro vel subtrilobo; calcare 7—10 mm. longo, labello semper interdum dimidio brevioris, ad os dilatato, apicem versus angustato; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis et cohaerentibus.

Area geographica: Asia minor (Paphlagonia, Pontus), Caucasus minor. — Crescit in pratis montosis humidis, alt. 4000 ped. — Floret a Majo m. ad Julium m. — Variat. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. ciliatica* m. — Formae transitoriae in *O. ciliaticam* m.

6. subsp. *O. foliosa* Solander.

O. foliosa Solander apud Lowe, Primitiae Fl. Maderae, 1831, pag. 13. — Syn.: *O. latifolia* d. *foliosa* Rehb. fl. Icon. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) pag. 69. —

Icones: Lindley, Sertum Orchid., 1838, plate XLIV. — Lindley, Botan. Reg., 1835, tab. 1701. — Rehb. fl. l. c. tab. 49, fig. I, II, tab. 163, fig. I.

O. tuberidiis 3—5-palmatifidis; caule 30—70 cm. plurimum 35—40 cm. alto, gracili, plurimum fistuloso („solido“ Lowe); foliis 8—10 plurimum 9 (ap. pl. cultas ad 16, summis 8—10 eorum bracteiformibus); inferioribus 10—20 cm. longis et ad medium 3.5—6 cm. latis, oblongo-lanceolatis vel lanceolato-ovatis, apice obtusis vel acutis, plus minusve basi approximatis, rariusve remotis, erecto-patulis vel patentibus, plurimum recurvatis, immaculatis, descendentibus; summis bracteiformibus spicae basin plurimum non attingentibus; spica 5—13 cm. plurimum 6—8 cm. longa et ad 5 cm. plurimum 3—4 cm. lata, primum pyramidalis, sub anthesi ovato-cylindrica, deflorata anguste cylindrica, oblonga, multi- et densiflora; bracteis floribus plurimum brevioribus, saepe longioribus vel flores aequantibus; perigonii phyllis oblongo-triangulari-lanceolatis (ap. pl. cultas lanceolato-ovatis apice subrotundatis); externis 8—11 mm. longis et 3—4 mm.

latis, lateralibus erecto-patulis vel leviter reflexis, acutis, basi latissimis; externo postico erecto, obtuso vel subeucullato, ad medium latissimo; internis 7.5—10 mm. longis et 2.8—3 mm. basi latis, suberectis, apice approximatis, acutiusculis vel obtusiusculis; labello 10—17 mm. plurimum 11—15 apicem interdum partem mediam versus lato et 8.5—13 mm. plurimum 9—10 mm. longo, e basi late cuneato, plus minusve statim dilatato, transverso-ovali, rarissime subobcordato, expanso, subplano, trilobo; lobis lateralibus subrotundatis, crenulatis; lobo medio obtuso integro, rarissime retusiusculo; calcare brevissimo 6—8 mm., plurimum 6.5 mm. longo, labello duplo brevior, conico-cylindrico, tenui, gracili, descendente vel pendulo; gynostemio subrotundato; gynizo subquadrato purpureo; pericarpium prosenchymatis et antri epidermidis cellulis punctatis cohaerentibusque; placentae epidermidis ex omnibus partibus placentae atque lamellarum evolutae; testae cellulis saepe seminis parte basali et apicali raris lineis spiroideo-reticulatis transversis. — Floribus speciosis, lilacino-purpureis; labello et perigonii phyllis externis lateralibus punctis obscuris pictis.

Area geographica: insula canariensis: Madera. — Crescit in silvis dumetisque et in umbrosis convallium, alt. 3000—4500 ped. — Floret Majo m. — Variat. — Hybridae in natura evolutae adhuc ignotae.

O. basilica (L.)

O. basilica L., Oel. Innehald. pag. 17, n. 79. syn. *O. maculata* L., nomen obsoletum, quod ante Species Pl. editas a cl. Linneo publicatum et postea dimissum est.

O. tuberiidiis profunde 2—7-palmatifidis, plurimum compressiusculis; caule ad 100 cm. plurimum 30—40 cm. alto, gracili vel stricto; plurimum fistuloso; foliis 3—12 plurimum 5—7, dissitis vel basi approximatis, plurimum anguste vaginantibus, erectis, erecto-patulis vel patentibus, saepius praesertim basilaribus reflexis vel falcato-conduplicatis; inferioribus 10—20 cm. longis et 2—8 cm. latis, a basi primo normaliter apicem versus latissimo, secundo et tertio longissimis, nunc

obovato-rotundatis, nunc lanceolatis, plus minusve basi angustatis, apice rotundatis obtusis vel acutis, sensim vel statim decrescentibus; intermediis lanceolatis acuminatis; summis lanceolato-linearibus vel linearibus, bracteiformibus acuminatis, sessilibus erectis, plurimum spicae basin non attingentibus, interdum superantibus; spica plurimum 10 cm. longa, primum plus minusve pyramidalis, sub anthesi pyramidalis-cylindrica vel ovato-cylindrica, interdum fusiformi, densi- vel laxiflora, multariusve pauciflora; bracteis lanceolato-linearibus acuminatis, nunc subulatis nunc foliaceis, nunc floribus brevioribus, nunc eos aequantibus vel multo superantibus; perigonii phyllis ovato- vel lato-lanceolatis vel lineari-lanceolatis; externis lateralibus majoribus 6—12 mm. longis et 3—5 mm. basi latis antice rotundatis, plurimum acutis, patulis vel patentibus, vel reflexis; externo postico paulisper minore, sub laminae media parte latissimo, suberecto, obtuso interdum apice cucullato- contracto; internis minoribus basi antice subrotundatis plurimum acutis, apice fornicato-conniventibus; labello semper latiore quam longo, 7—14 mm. lato et 6—10 mm. longo, e basi sensim vel statim dilatato, distincte trilobato; lobis lateralibus plus minusve divergentibus, nunc quadrangularibus, rhomboideis, triangularibus, nunc subobovatis, nunc basi et apice subrotundatis, nunc acutis, margine extremo crenulatis, dentatis vel lobulatis, rarissime integris; lobo medio 2—6 mm., plurimum lobis lateralibus minore, saepe eos subaequante, plurimum triangulari vel linguiformi, apice obtuso, rarius acuto vel subretuso, in loborum lateralium sinu profunde imposito vel producto; calcare nunc crassiore inflato, sacciformi ad 15 mm. longo, nunc gracili tenui ad 10 mm. longo, plurimum cylindrico, descendente; gynostemio apiculato vel subrotundato; gynizo plurimum subrotundato; pericarpium prosenchymate cum antri epidermidis cellulis punctatis; testae cellulis plurimum lineis transversis dense spiroideo-reticulatis, rarissime anastomosantibus vel hyalinis. — Floribus pallide purpureis, lilacinis, roseis et albis, purpureo-lineatis punctatisque.

Habitat per Europam totam, Africam borealem, Asiam minorem, Persiam, Sibiriam omnem, Kamtschatkam. — Crescit in pratis, pascuis, silvis, fruticetis locorum depressorum vel montium altiorum, gregaria. — Floret plurimum Junio m. — Plantas hybridas vide apud subspecies.

O. basilica (L) in tres subspecies a me dividitur:

1. subsp. *O. maculata* L.

O. maculata L. Spec. 942; Fl. Suec. ed. II. pag. 311, n. 800. Codex 6823. — Synonyma cum delectu: *O. solida* Mueh. Meth. (1794) pag. 713. — *O. mixta* Sw. in Vet. Akad. Handl. (1800) pag. 207 et Sv. Bot. VI. pag. 413.

Icones: Fl. Dan. (1787) XVI. tab. 933.; — Palmstruck et Swartz, Svensk. Bot. (1809) VI, pag. et tab. 413. — Engl. Bot. IX, tab. 632. — Curtis, Fl. Lond. (1835) III tab. 112. — Dietr. Pl. Boruss. I. tab. 6. — Rehb. Icon. crit. VI (1826), tab. 566. — Rehb. III. Fl. Germ. XIII—XIV (1851) tab. 54, 55, 164, fig. I, II. — M. Schultze, Orch. Deutschl. 1894 tab. 23.

O. tuberiis profunde 2—7-palmatifidis compressis, lobis plurimum divaricatis, fusiformibus; caule 15—100 cm. plurimum 30—40 cm. alto, gracili, subtili vel erecto stricto, superne sulcato, inferne teretiusculo, viridi, plus minusve fistuloso (in litteris ubique „solido“, perfecte solidum numquam vidi!); foliis 3—12 plurimum 6—7, dissitis, interdum basilaribus approximatis, anguste sed satis longe vaginantibus; inferioribus ad 20 cm. plurimum ad 15 cm. longis et apicem interdum laminam mediam versus ad 4.5 cm. plurimum ad 3 cm. latis, erecto-patulis, patentibus vel reflexis, plus minusve conduplicatis, a basi primo normaliter latissimo plurimum obovato vel lato-lanceolato, subspatulato, apice subrotundato, basi angustato interdum laxe vaginante, a basi secundo (rarissime tertio) longissimo, lato-lanceolato vel lanceolato apice obtuso basi subangustato, reliquis oblongo-lanceolatis acutis plus minusve leviter angustatis, interdum omnibus anguste lanceolatis apice acutis vel acuminatis, subito decrescentibus; summis lanceolato-linearibus, bracteiformibus, sessilibus, erectis, spicae basin non attingentibus; omnibus supra saturate viridibus, maculis magnis saepe compluribus confluentibus seu plurimis minutis atrovioleaceis vel atropurpureis, subtus glaucoviridibus, rariusve immaculatis; spica 5—16 cm. plurimum 7—10 cm. longa, primum comoso-pyramidali, deinde ovato-pyramidali, cylindrico-pyramidali, denique cylindrica laxata, fere deflorata subclavaeformi, plurimum multi- et densiflora; bracteis

subulato-lanceolatis brevius acuminatis, floribus nunc brevioribus, nunc longioribus, erecto-patulis; perigonii phyllis lineari-lanceolatis rariusve lanceolatis acutis vel obtusiusculis; lateralibus basi antice paululum dilatatis et subrotundatis; externis lateralibus majoribus 6—9.5 mm. longis et 2—3 mm. basi latis, erecto-patentibus vel erecto-patulis, interdum reflexis; externo postico 5—9 mm. longo et 2—2.5 mm. lato, interdum apice cucullato-contracto; internis minoribus 5—8.5 mm. longis et 2—2.5 mm. basi latis, apice conniventibus, interdum cum postico fornicatis; labello 9—14 mm. lato et 6—9 mm. longo, semper latiore quam longo, subplano, semper manifeste trilobato; in formis duabus: nunc labello e basi plus minusve anguste cuneato sensim dilatato, subquadrato, apicem rariusve partem mediam versus latissimo, lobis lateralibus plus minusve divaricatis rhomboideis seu oblique quadratis, margine extremo crenulato vel 2—5-dentato cum lobo medio elongato plus minusve producto et calcare minori gracili; nunc labello e basi statim dilatato, subrotundato basin rariusve partem mediam versus latissimo, lobis lateralibus obovatis vel obscure subtriangularibus basi rotundatis apice acutis margine extremo subintegro vel integro, cum lobo medio parvulo triangulo in sinu loborum lateralium demerso vel imposito et cum calcare majori ampliori robustioreque; lobis lateralibus leviter deflexis; lobo medio 2—5 mm. longo, nunc parvo aequilongo triangulari acuto, nunc elongato, acuminato-triangulari, vel oblongo-subquadrato obtuso, vel subrotundato, lobis lateralibus brevioribus rarissime subaequali; calcare 6—10 mm. longo brevioris rarissime subaequante, cylindrico vel subconico, gracili, tenui, filiformi vel saepe paululum robustiore, obtuso interdum subretuso, pendulo; gynostemio subrotundato vel apiculato, processu rostellari sulcato; gynizo nunc quadrato, obcordato, nunc ro-tundato, albo; bursicula alba rariusve rosea; staminodiis papulosis, satis magnis; pericarpium prosenchymate cum antri-epidermidis cellulis punctatis cohaerentibusque; testae cellulis lineis transversis dense subtiliterque spiroideo-reticulatis, rarissime anastomosantibus. — Floribus frequentissime persicinis vel pallide lilacinis, saepe pallide purpureis, roseis et candidissimis; labello obscure purpureis lineis duabus circum- et inscriptis figuram cordiformem formantibus, punctisque picto, rarius immaculato (ap. f. albifloras).

Habitat per Europam fere totam et Sibiriam temperatam et frigidiorum usque ad peninsulam Kamtschaticam, atque in insula Islandia. — Crescit in pratis succulentis, in fruticetis, silvis dumetisque siccioribus, atque in collibus umbrosis, gregaria. — Variat permultum. — Floret Junio et Julio m. — Hybridae intrasubgenerae cum *O. saccifera* Brogn., *O. Traunsteinerii* Saut., *O. Russowii* m., *O. majali* Rehb., *O. baltica* m., *O. incarnata* L., *O. cruenta* Müll., *O. sambucina* L., *O. salina* Turcz.; hybridae intragenerae cum *O. laxiflora* Lam., *O. muscula* L., *O. Morione* L., *O. palustri* Jacq., hybridae bigenerae cum *Gymnadenia conopsea* R. Br., *G. odoratissima* Rich., *G. albida* Rich., *Platanthera bifolia* Rich.

2. subsp. *O. saccifera* Brogn.

O. saccifera Brogn. in Bory St. Vinc., Exped. scientifique de Morée (1832) III, part. II, pag. 259, planche XXX, fig. 1; et in Bory et Chaub., Fl. d. Pelop. (1833). pag. 60. — Synonyma in hujus subgeneris varietates spectant.

Icones: supra ap. cl. Brogn. — Rehb. fl. icon. Fl. Germ. XIII—XIV, tab. 57, fig. I.

O. tuberiis plurimum profunde 2—5-palmatifidis, compressiusculis, nunc dilatatis, nunc elongatis; caule 25—75 cm. plurimum 30—40 cm. alto, gracili, erecto vel crassiore, fistuloso; foliis 5—9, plurimum 6—7, plurimum dissitis, interdum basilaribus approximatis vel tantum duobus infimis confertis; immaculatis (an semper?); inferioribus ad 20 cm. plurimum 10—15 cm. longis et ad 8 cm. plurimum 2—4 cm. latis, late obovatis, ovato-lanceolatis vel oblongis, apice rotundatis, obtusis vel acutis, erecto-patulis, patentibus interdum leviter reflexis, rarissime erectis, longe et anguste vaginantibus; a basi infimo latissimo, basi vix angustato, apicem versus latissimo, secundo vel tertio longissimis basi leviter angustatis, plurimum ad medium latissimis; intermediis lanceolatis acuminatis; summis 1—4 bracteiformibus lanceolato-linearibus acuminatis spicae basin non superantibus; spica 5—28 cm. plurimum 10 cm. longa, primum distincte pyramidata bracteis infimis horizontaliter excedentibus densis-

